execrandos illos poëtas audiebat, qui capillos eius Hyacinthinos dicebant, & crispos quosdam cincinnos nectebant, & apio, quanuis nulli prorsus essent, comparabant. Tales igitur omnes deridebant, qui se assentatoribus traderent. Addebat etiam non solùm in laudibus, sed etiam in picturis plerosque assentationem captare, & decipi velle: qui illis potissimùm, inquit, pictoribus gaudent, à quibus formosiores effingantur. Esse quoque nonnullos qui artificibus iniungunt vt aliquid nari detrahant, aut nigriores oculos pingant, aut aliquid aliud, quod inesse sibi cupiuerint. Deinde eos nescire se alienas imagines coronare, & sibi nullatenus similes. Hæc & eiusmodi dicebat, alia quidem quæ tuo libro mandaras collaudans, sed hoc vnum non ferens quòd eam cum Deabus Iunone & Venere comparaueris. Nam hæc me, inquit, imò humanam omnem naturam superant. Cæterùm ne illud quidem optaui, vt Heroinis illis, Penelope, Arete, & Theanoni,

οὐχ ὅπως θεῶν τῶν ἀρίστων. καὶ γὰρ αὖ καὶ τόδε παίνω ἔφη. τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς, δεισιδαιμόνως, καὶ φοβοδεῶς ἔχω. δέδια τοίνυν μὴ κατὰ τὴν Κασσιέπειαν εἶναι δόξω, τὸν τοιοῦτον ἔπαινον προσειμένη. καίτοι νηρείσιν ἐκείνη αὐτεξετάζετο. Ἦρα γὰρ, καὶ Ἀφροδίτῃ ἔστιζεν. ὥστε ὦ Λυκῖνε, μεταχαλᾶσαι σε τὰ τοιαῦτα ἐκέλευσεν. ἢ αὐτὴ μὲ μαρτύρασθαι τὰς θεὰς, ὡς ἀκέσης αὐτῆς γέγραφας. σὲ δ' εἰδέναι ὅτι αἰδέσει αὐτῇ τὸ βιβλίον, ἕως ἂν σωφρονοῦῃς, ὥσπερ γὰρ σοι δικαίως, μάλα εὐσεβῶς, καὶ ὁσίως τὰ πρὸς τοὺς θεούς. ἐδόκει τε ἀσέβημα ἑαυτῆς, καὶ πλημμέλημα τοῦτο δόξειν, εἰ ὑπομόλοι τῇ ἐν Κνίδῳ, καὶ τῇ ἐν Κῴοις ὁμοία λέγεσθαι. καί σε ὑπεμίμνησκε τ' τελευταίων ἐν τῷ βιβλίῳ περὶ αὐτῆς εἰρημένων, ὅτι μετρίαν, καὶ ἄτυφον ἔφης αὐτῇ, ὃν ἀνατείνομένην ὑπὲρ τὸ ἀνθρώπινον μέγεθος, ἀλλὰ προσγείαν τῇ πίστει ποιεμένην. ὁδὲ, ταῦτα εἰπὼν, ὑπὲρ αὐτὸν τὸν ἠέρα τὴν γναῖκα, ὡς καὶ θεᾶς αὐτῇ ἀπεικάζων. ἠξίου δέ σε μὴ ἐξωμετωτέραν αὐτὴν ἠρεῖσθαι τῷ Ἀλεξάνδρῳ. ὃς τὲ ἀρχιτέκτονος ὑπερφυοῦς τ'

nedum præstantissimis Deabus comparares. Etenim Deos metuo vehementer & expauesco. Quare vereor ne vt Cassiopea laudem illam expetiuisse videar: quanquam illa cum Nereidibus contendebat, Iunonem autem & Venerem venerabatur. Quocirca Luciane, iussit vt ista corrigas, alioqui se testaturam Deas, hæc à te se inuita scripta esse: scias verò tu, molestum sibi esse libellum illum qui sic obambulat, vt à te non admodum piè, nec sanctè de Dijs est compositus. Existimabat etiam fore vt impium facinus commisisse videretur, si pateretur se similem dici Cnidiæ & Hortensi Veneri. Præterea tibi in memoriam reuocabat ea quæ sub libri finem de ipsa dixisti, modestam vocans, & fastus expertem, quæ supra modum humanum sese non efferat, sed terræ proxima volet. At tu his dictis, mulierem supra cœlum ipsum extollis, ita vt cũ deabus compares. A te etiã postulabat, ne Alexandro imprudentiorem se putares, qui architecto pollicẽte se totũ

Ἄθω ὅλον μεταχρηματίσειν, καὶ μορφώσειν πρὸς αὐτὸν, ὡς τὸ ὄρος ἅπαν εἰκόνα γλυφθῆναι τοῦ βασιλέως, ἔχοντα δύο πόλεις ἐν τῶν χερσίν, ἃ προσήκατο τὴν A τερατείαν τῆς ὑποσχέσεως, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτὸν ἡγησάμενος τὸ τολμήμα, ἔπαυσε τὸν ἀνδρώπον, καὶ παντὸς Κολοσσοὺς ἀφανιζόντα. καὶ τὸ Ἄθω κατὰ χώρεσιν ἐᾶν ἐκέλευσε, μὴ δὲ καταστηριχρωίειν ὄρος οὕτω μέγα πρὸς μικρᾶς σώματος ὁμοιότητα. ἐπῄνει δὲ τὸ Ἀλέξανδρον τὸ B μεγαλοψυχίας, καὶ ἀνδριάντα μείζω τούτου τοῦ Ἄθω ἔλεγεν αὐτὸν ἀνεστάναι, ἐν ταῖς τῶν ἀεὶ μεμνησομένων διανοίαις. ἃ γὰρ μικρᾶς εἶναι γνώμης ὑπερίδεῖν οὕτω παραδόξου πομπῆς. καὶ ἑαυτῷ οὖν τὸ μὲ πλάσμα σοῦ ἐπαινεῖν, καὶ τὴν ὑπόνοιαν τῆς εἰκόνων, μὴ γνωρίζειν δὲ τὸ ὁμοιότητα. μηδὲ εἶναι τῶν τηλικούτων ἀξίαν, μηδὲ ἐγγύς, ὅτι μὴ δὲ ἄλλην τινὰ γυναῖκά γε εἶναι. ὥστε ἀρίστοι σοι τὴν τῶν τιμὴν, καὶ προσκυνεῖ σου τὰ ἀρχέτυπα παραδείγματα. σὺ δὲ, τὰ ἀνθρώπινα ταῦτα ἐπαινεῖ αὐτῷ, μὴ δὲ ὑπὲρ τὸν πόδα ἴσω τὸ ὑποδήμα, μὴ καὶ ὑπερομίσῃ μέ φησιν ἐμπεπαῖχθαι

Atho transformaturum, & ad eius simulachrum accommodaturum, ita vt totus mons Regis imago fieret, duas vrbes manibus tenentis, prodigiosam pollicitationem non admisit, sed ausum illud maius ipso ratus, compescuit hominem non credibiles Colossos effingentem: iussitq; vt suo loco intactum Atho relinqueret, neque montem adeò magnū ad corporis exigui similitudinem imminueret. Alexandrum autem magnanimitatis nomine laudabat, eúmque sibi hoc facto statuam Atho maiorem dicebat erexisse in animis hominum, qui eius rei semper memores essent futuri. Non enim abiecti esse animi honorem adeò incredibilem contemnere. Quare se tuum figmentum laudare, & Imaginum commentum: sed similitudinem non agnoscere: non enim tantis ac talibus esse dignam, ne propè quidem: ac neque mulierem vllam, quācunq; tandē aliā. Itaque tibi honorem hunc remittit, tuáq; archetypa adorat. tu verò, humanis laudibus ipsā decora: nec pede maior sit calceus, ne illo, inquit, mihi inambulāti os obturet. Illud etiā tibi dicendū

αὐτῷ. κἀκεῖνο δέ σοι εἰπεῖν

ἐνετείλατο. ἀκούω ἔφη πολλῶν
λεγόντων. εἰδὲ ἀληθὲς ὑμεῖς οἱ
ἄνδρες ἴστε, μηδ' ὀλυμπιάσιν
ἐξεῖναι τοῖς νικῶσι μείζους τ
σώματων ἀνεστάναι τοῦ ἀν-
δριαντος, ἀλλ' ὑπιμελεῖσθαι τοῦ
Ἑλλανοδίκας, ὅπως μηδὲ εἷς
ὑπερβάληται τ ἀλήθειαν, καὶ τ
ἐξέτασιν τ ἀνδριάντων ἀκρι-
βεστέραν γίγνεσθαι τ τ ἀθλητῶν
ἐγκρίσεως. ὥστε ὅρα ἔφη μὴ αὐ-
τίαν λάβωμεν ψεύδεσθαι ἐν τῷ
μέτρῳ. κατὰ ἡμῶν ἀναβρέψωσιν
οἱ Ἑλλανοδίκαι τ εἰκόνα. ταῦ-
τα μὲ ἔλεγεν ὀνείνη. σὺ δὲ σκό-
πει ὦ Λυκῖνε, ὅπως μεταχορ-
μόσῃς τὸ βιβλίον, καὶ ἀφαιρή-
σῃς τὰ τοιαῦτα, μηδὲ σφαλῇς
πρὸς τὸ θεῖον, ὡς ὀνείνη παύ
γε αὐτὰ ἐδυσχέραινε, καὶ ὑπέ-
φειπε μεταξὺ ἀναγινωσκομέ-
νων, καὶ παρητεῖτο τὰς θεὰς
ἵλεως εἶναι αὐτῇ. καὶ συγγνώμη,
εἰ γυναικεῖόν τι ἔπαθε. καίτοι
εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ αὐτῷ
ἐμοὶ τοιοῦτόν τι εἰπεῖν ἔδοξε. τὸ
μὲ γὰρ πρῶτον ἀκούων, οὐδὲν
ἐπλημμέλησα, ἀνοῆσαι τοῖς γε
γραμμένοις. ἐπεὶ δὲ ὀνείνη ἐπε-
σημήνατο, καὶ αὐτὸς ἄρχομαι τὰ
ὅμοια γιγνώσκειν περὶ αὐτῶν. καὶ
παρεπλησίον τι ἔπαθον, οἷς
ἐπὶ τ ὁρωμένων πάσχομεν. ἰὼ

dedit in mandatis. Multos, inquit, dicentes audio: quod verum-ne sit vos viri scitis, Ne Olympicis quidem victoribus licere statuas corporibus maiores erigere, sed Hellanodicis curæ esse, vt ne vnus quidem veritatem excedat, & statuarum examen, athletarum admissione fieri accuratius. Itaque vide, ne ementitæ mensuræ accusemur: ac deinde nostram imaginem subuertant Hellanodicæ. Hæc quidem illa dicebat. Tu verò perspice Luciane, quomodo librum hunc transformes, atque talia demas, nec in numen pecces, velut illa grauissimè hæc ferebat, interque legendum subhorrescebat, ac Deas vt sibi essent propitiæ, rogabat. At certè illi ignoscendum, quòd animo fuit muliebri. Atqui, vt verum dicam, etiam mihi ipsi tale quid dicere visa est. Ac primùm quidem audiens, dum scripta intueor, delictum non animaduerti: sed postquam illa mihi indicauit, ipse etiam similia de ijs sentire cœpi. Ac mihi simile quid accidit, quod in ijs quæ intuemur vsuenit. Siquid proximè

παύ ἐγγύθεν σκοπῶμέν τι,

ὑπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, οὐδὲν ἀκριβὲς διαγινώσκομεν. ἐὰν δ' ἀποστάντες, ὡς τὸ συμμέτρου διαστήματος ἰδωμεν, ἅπαντα σαφῶς καταφαίνεται τὰ εὖ, καὶ τὰ μὴ οὕτως ἔχοντα. τὸ δὴ ἄνθρωπον ὄντα, Ἀφροδίτῃ, καὶ Ἥρᾳ εἰκάσαι, τί ἄλλο, ἢ ἀντιπρὸς ὃ ἔστιν ἐυτελίζειν τὰς θεάς; ἐν δὲ τοῖς τοιούτοις, οὐχ ὅτω τὸ μικρὸν μεῖζον γίγνεται τῇ παραθέσει, ὡς τὸ μεῖζον ἀποσμικρύνεται, πρὸς τὸ ταπεινότερον καταπαυόμενον. οἷον, εἴ τινες ἅμα βαδίζοιεν, ὁμοῦ, μέγιστος, ὁδὲ, παῦρον τῆς ἡλικίας χαμαίζηλος, εἶτα δέησειεν ἐπισῶσαι αὐτὸν, ὡς μὴ ὑπερέχειν θατέρου τὸν ἕτερον, οὐ τῷ βραχυτέρου ὑπερανατεινομένου τοῦτο γένοιτ' ἄν, κἂν ὅτι μάλιστα ἀκροποδητὶ ἐπεγείρῃ ἑαυτὸν, ἀλλ' εἰ μέλλοιεν ὁμάλιαι φανεῖσθαι, ὁ μείζων ἐκεῖνος ἐπικύψει, καὶ ταπεινότερον ἀποφανεῖ ἑαυτόν. ὡσαύτως ὁ καὶ ἐν ταῖς τοιαύταις εἰκόσιν, οὐχ ὅτως ἄνθρωπος μείζων γίγνεται, ἵν τις αὐτὸν θεῷ ἀπεικάζῃ, ὡς τὸ θεῖον ἀνάγκη ἐλαττοῦσθαι πρὸς τὸ ἀνθρώπινον ἐπικλινόμενον. καὶ εἰ μὴ ὑπὸ ἀπορίας τῶν ἐπιγείων, ἐπὶ τὰ οὐράνια ἐκτείνοιτό τις τὸν λόγον,

sub oculis constitutum contemplemur, id nequaquam exquisitè dignoscimus. At si iusto interuallo distantes intueamur, omnia liquidiùs apparent, quæ bene, quæque secus se habent. Ergo hanc, cùm sit homo, Veneri & Iunoni assimilare, quid aliud est quàm Deas ex professo extenuare? siquidem in eiusmodi comparationibus, non tam quod paruum est collatione crescit, quàm quod maius, imminuitur, dum ad id quod humilius est, pertrahitur. Exempli gratia, si duo simul incederent, alter prægrandis, alter pumilio, deinde ipsos adæquare oporteret, ne alter alterum statura superaret, nequaquam breuiore semet quantumuis extendente hoc fieret, etiamsi sese in summos pedes maximè erigeret. At si statura pares videri debeant, maior ille caput demittet, ac se humiliorem reddet. Similiter & in id genus imaginibus, nõ tam maior fit homo, si cum Deo comparetur, quã necesse est imminui Deum, ad id quod est inferius, reflexum. Et siquidem terrestrium penuria, orationem ad cœlestia extenderes,

ἥπλουε αὖ ὁ τοιοῦτος αἰτίαν ἔχοι
μὴ ἀσεβείας αὐτὸ δρᾶν. σὺ
δ' τοσαῦτα ἔχων καλὰ γυναι-
κῶν, Ἀφροδίτῃ, καὶ Ἥρᾳ εἰ-
κάσαι αὐτὴν ἐτόλμησας, ἀδὲν A
δέον. ὥστε τοίνυν τοῦτο, καὶ ἐπι-
φθονον, ἀφαίρει ὦ Λυκῖνε. οὐ
γὰρ πρὸς τὸ σὸν ἦθος τὸ τοιοῦ-
τον. ὃς καὶ ἄλλως ῥᾴδιος πρὸς
τοὺς ἐπαίνους, καὶ πρόχειρος ὢν, B
ἐτύγχανες. ἀλλὰ νῦν οὐκ οἶδ'
ὅπως ἀθρόαν πεποίησαι τὴν
μεταβολήν, ἐπισκληρευόμε-
νος. καὶ οὐκ τὸ τέως φειδομένης,
ἄσωτος ἐν τοῖς ἐπαίνοις ἀναπέ-
φηνας. ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖνο αἰ- C
σχυνθῇς, εἰ μεταρυθμιεῖς τὸν λό-
γον ἤδη δ' ἀσεβοῦντα. ἐπεὶ καὶ
Φειδίαν φασὶν ἕν τῳ ποιῆσαι, ὁ-
πότε ἐξειργάσατο τοῖς Ηλείοις
τὸν Δία. ταῦτα γὰρ αὐτὸν κατὰ-
πιν τῶν θυρῶν, ὁπότε τοσοῦτον D
ἀναπετάσας ἐπεδείκνυε τὸ ἔρ-
γον, ἐπακούειν τῶν αἰσχυνόντων
τι, ἢ ἐπαινούντων. ἦπτατο δ',
ὁ μὲν, τὴν ῥῖνα, ὡς παχεῖαν.
ὁ δ', ὡς σμικροτέραν τὸ πρό-
σωπον. ὁ δὲ ἄλλος, ἄλλο τι.
εἶτ' ἐπειδὴ ἀπηλλάγησαν οἱ
θεαταὶ αὖθις τὸν Φειδίαν ἐγ-
κλῄσαντα ἑαυτὸν, ἐπηνορθοῦν,
καὶ ῥυθμίζειν τὸ ἄγαλμα πρὸς
τὸ τοῖς πλείοσιν δοκοῦν. E

minùs vitio verteretur, quod per impietatem hoc fecisses. At tu quanuis tam eximias mulierum formas haberes, cum Venere, & Iunone ausus es ipsam comparare, cùm nihil opus esset. Quare hoc nimium atque inuidiosum demas Luciane. Neque enim hoc tui est moris, qui ad laudandum alioqui non eras facilis ac promptus. At nunc nescio quo pacto derepente mutatus es, hoc abundè faciens: & qui laudum hactenus fuisti parcissimus, earundem euasisti prodigus. At ne te pudeat iam editam orationem retractare: quandoquidem & à Phidia sic factum fuisse dicunt: quum apud Eleos Iouem constituxit. Stabat enim ille post fores, vbi primùm opus expansum ostendit, vnde eos qui vel reprehenderent, vel laudarent quippiam exaudiebat. Cæterùm alius nasum, vt pote crassiorem, alius faciē, vt pote longiorem, alius aliud reprehendebat. Deinde cùm discessissent spectatores, intus inclusus Phidias denuo effigiem corrigebat, & ad vulgi sententiam accommodabat: siquidem populi tam nu-

ἐ γὰρ ἠγεῖτο μικρὰν εἶναι συμ-

βελλιὼ δήμου τοσούτου, ἀλλ' ἀεὶ ἀναγκαῖον ὑπάρχειν τὸν πολλοὶς πειθήσεσθαι ὀρᾷν τὸ ἑνὸς, κἂν Φειδίας ᾖ. ταῦτά σοι ἀπ' ἐκείνης κομίζω, καὶ αὐτὸς παραινῶ, ἑταῖρός τε, καὶ ἥκοις ὤν. Λυ. Πολύστρατε, οἷος ὢν ῥήτωρ ἐλελήθεις με. ῥᾴδιον γοῦν οὕτω μαχαί, καὶ κατηγορίαν τοσαύτην ἐξενηνοχὼς τὸ συγγράμματος, ὥστε μηδὲ ἐλπίδα μοι ἀπολογίας ἐπικαταλείπεσθαι. πλὴν ἀλλ' ἐκεῖνό γε ἐδικαστικὸν ἐποιήσατε, καὶ μάλιστα σὺ, ἐρήμην καταδικάσας τὸ βιβλίον, μὴ παρόντος αὐτῷ τοῦ συνηγόρου. ῥᾷδον ἴσως οἶμαι τοῦτο ὅτι, καὶ τὴν παρουσίαν, μόνον δίκαια κρατεῖν. ὥστε οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ καὶ ἡμεῖς ἑάλωμεν, οὔτε ὕδατος ἡμῖν ἐπιχυθέντος, οὔτε ἀπολογίας ἀποδοθείσης. μᾶλλον δὲ τοῦτο πάντων ἀτοπώτατον, οἱ αὐτοὶ κατήγοροι, καὶ δικασταί τε. πότερα δ' οὖν ἐθέλεις, ἀγαπήσας τοῖς ἐγνωσμένοις ἡσυχίαν ἄγω, ἢ καὶ τὸν Ἰμεραῖον ποιητὴν, παλινῳδίαν τινὰ συγγράφω; ἢ δώσετέ μοι ἐφέσιμόν τινα γενέσθαι τὴν δίκην; Πο. νὴ Δί' ὧν περ ἔχεις τι δίκαιον εἰπεῖν. ἐγὼ δὲ αὖ τοῖς δίκαιος ὡς σὺ φὴς, φίλος

meroſi conſilium non leue cenſebat, imò neceſſe eſſe vt plus viderent multi quàm vnus, etſi Phidias foret. Hæc ab illa tibi affero, eadémque ipſe te moneo, qui tui amicus ſum & ſtudioſus. *Luc.* Hactenus Polyſtrate te tantum rhetorem eſſe ignoraueram. Itaque orationem ita prolixam, accuſationem ita grauem aduerſus meum libellum protuliſti, vt mihi nulla ſpes defenſionis ampliùs ſuperſit. Verumenimuero non ex iudiciario more feciſtis, in primis verò tu, quum indicta cauſa librum condemnaſti, cui deerat patronus. Facillimum autem illud eſt, vt opinor, iuxta parœmiam, Solum currentem vincere. Itaque nihil mirum, ſi victi fuimus, neque effuſa nobis aqua, neque reſpondendi facultate conceſſa. Quin potiùs illud eſt omnium abſurdiſſimum, quod ipſi & accuſatores, & judices eratis. Vtrum ergo vis, ſileam decretis acquieſcens, an iuxta Himeræum illum poëtam, retractationem conſcribam? aut mihi copiam facietis prouocandi ad aliud iudicium? *Pol.* Sanè per Iouem, ſiquid iuſti habes quod dicas. Non enim contra aduerſa-

ἀλλ' ἐν φίλοις ποιήσῃ τὴν ἀπολογίαν. ἐγὼ δ', ἢν συνεξετάζεθαί σοι ἕτοιμος εἰμὶ ἢ δίκης. Λυ. ἀλλ' ἐκεῖνο ἀνιαρὸν ὦ Πολύστρατε, ὅτι μὴ παρόντος ἐκείνου A ποιήσομαι τὸν λόγον. μακρῷ γὰρ ἂν ἕτερος ἀμείνων ἦν. ἀναγκαῖον δὲ ἀπὸ τῆς ἐντολῆς ἀπολογήσασθαι. ἀλλ' εἴ μοι τοιοῦτος ἀγγελιαφόρος γένοιτο πρὸς αὐτόν, οἷος παρ' ἐκείνης πρός με ἐγένετο, τολμήσω ἀναρρῖψαι τὸ κύβον. Πο. θάρρει ὦ Λυκῖνε τούτου γε ἕνεκα, ὡς οὐ φαῦλόν με ὑποκριτὴν ἕξων τῆς ἀπολογίας, πειρώμενος διὰ βραχέων εἰπεῖν, εἰ καὶ μᾶλλον μνημονεύσαιμι. Λυ. καὶ μὴν παῦ μὲ ἔδει μοι μακρῶν τῶν λόγων, πρὸς ὅτου σφόδρα τὴν κατηγορίαν. ὅμως δὲ σοῦ ἕνεκα ὑπομενῶμεν τὴν ἀπολογίαν. καὶ παρ' ἐμοῦ τοίνυν τάδε αὐτῇ ἀπάγγελλε. Πο. μιμήσομαί σε πρὸς αὐτόν. Λυκῖνε. ἀλλ' ὥσπερ αὐτῆς ἐκείνης παρούσης λέγε τὸν λόγον. εἶτ' ἐγὼ μιμήσομαί σε πρὸς αὐτόν. Λυ. ἀλλ' ἐπεὶ δὲ καὶ σοὶ δοκεῖ ὦ Πολύστρατε, ἴθι μοι, πάρεστι, καὶ προσείρηκε δηλαδὴ ἐκείνα, ὅτα σὺ παρ' αὐτῆς ἀπήγγειλας. ἡμᾶς δὲ χρὴ τὰ δευτέρων λόγων ἐναρχέσθαι. καίτοι, οὐ γὰρ ὀκνήσω

tios, vt dicis, sed apud amicos defensionem susciPies, Ego verò in hac causa tuis à partibus stare sum paratus. *Luc.* At molestum illud Polystrate, quòd ea non præsente verba faciam. Id enim longè foret satius. Nūc verò mihi iusso respondere necesse est. Sed si talis apud illam internuncius mihi fueris, qualis illius apud me fuisti, aleam iacere audebo, *Pol.* Quod ad hoc attinet, confide Luciane, fore vt me tuæ defensionis actorem nō malum habeas, si paucis dicere coneris, quò faciliùs omnia recorder. *Luc.* Atqui longissima oratione mihi opus erat, aduersus accusationem adeò vehementem; tamen in tui gratiam, defensionem præsecabo. Itaq; hęc illi meo nomine renuncia. *Pol.* Nequaquam Luciane; sed tanquam illa præsente orationem habeto. Deinde apud ipsam te imitabor. *Luc.* Proinde, quando ita tibi videtur Polystrate; illa quidem præsto est, eáque dixit videlicet, quæ tu ipsius nomine mihi renunciasti. Nobis autem exordienda est secunda oratio. Atqui, non verebor enim tibi dicere quod mihi accidit,

καὶ οἶδ' ὅπως φοβερώτερόν μοι τὸ πρᾶγμα πεποίηκας. καὶ ὡς ὁρᾷς, ἰδοῦ τε ἤδη, καὶ δέδοικα, καὶ μανόνυχα καὶ οἰᾷν αὐτὴ οἶμαι, καὶ τὸ πρᾶγμα πολλοῦ μοι ἦ ταραχῶδες πεποίηκεν. ἀρξόμαι δ' ὅμως. ἃ γὰρ οἷόν τε ἀναδυῶσα, ἥδη παρεῖσης. Πο. καὶ νὴ Δία πολλοῦ γ' εὐμφύσιαν. σπουδαίει τῷ προσώπῳ. φαιδρὰ γὰρ ὡς ὁρᾷς, καὶ προσηνής, ὥστε θαῤῥῶν λέγε τὸν λόγον. Λυ. ἐγώ σε ὦ γυναικῶν ἀρίστη, μεγάλα ὡς φῄς, καὶ πέρα τοῦ μέτρου ἐπῄνεσας, οὐχ ὁρῶ ὅτι τηλικοῦτον ἐπήνεσα, ἡλίκον αὐτὴ σὺ τοῦτο ἐγκώμιον ὑπὲρ σεαυτῆς διεξελήλυθας, τιμῶσα τὸ θεῖον τιμιωτάτῳ μεγάλῳ τιθεμένη. ἐγὼ δὲ ἁπάντων τοῦτο μεῖζον, ὧν εἴρηκα περὶ σοῦ. καὶ συγγνώμην, εἰ μὴ καὶ ταῦτά σοι προσέχαλα τὴν εἰκόνα, ὑπ' ἀγνοίας με διαλαθοῦσαν. οὐ γὰρ ἂν ἄλλως προὐθέμην ἐγχαλάμιον. ὥστε ταύτῃ γε οὐχ ὅπως ὑπερβάλλεσθαι τὸν ἔπαινον, ἀλλὰ πολὺ καταδεέστερόν μοι δοκῶ τῆς ἀξίας εἰρηκέναι. σκόπει γοῦν ἡλίκον τοῦτο παρέλιπον, ὡς παμμέγεθες εἰς ἐπίδειξιν τεράστιον χρησοῦ, καὶ γνωμικῆς ἐξόδου, ὡς

nescio quomodo rem hanc mihi magis metuendam reddidisti; & vt vides, iam sudo, & metuo, eámque tantùm non videre puto, quæ res multum me perturbauit. Incipiam tamen: cùm ea iam præsente nulla sit fugiendi facultas. *Pol.* At, per Iouem, magnam vultu præ se fert benevolentiam, viden' vt est hilaris, & mansueta. Quare orationem confidenter aggredere. *Luc.* Ego te fœminarum præstantissima, magna immodicáq; laude prosequutus, non video factum esse vt te tantum laudauerim, quantum ipsa hoc de te encomium protulisti, dum honorem qui numini tribuitur magni facis. Istud enim, omnium quæ de te dixi, ferme est maximum. Ac veniam deprecor, quòd etiam hanc imaginem tibi non ascripsi, quæ me per ignorantiam latebat: non enim aliam ante ipsam delineassem. Itaque ista ratione quidem, nedum laudando nimius fui, sed longè inferiora quàm pro dignitate dixisse mihi videor. Igitur considera quantum sit illud quod prætermisi, quàm insigniter magnum ad demonstrationem bonorum morum, & recti iudicij: quòd quicunq;

ὅσοι τὸ θεῖον μὴ ἐν παρέργῳ σέβουσιν, οὗτοι καὶ τὰ πρὸς ἀνθρώπους ἀεικεῖοι ἂν εἶεν. ὥστε εἰ πάντως μεταποιοῦμαι δεῖν τὸν λόγον, καὶ τὸ ἄγαλμα ἐπανορθώσασθαι, ἀφελεῖν μέν τι ἂν οὐκ ἂν τολμήσαιμι ἀυτὸς, προσθήσω δ' ἴσως τοῦτο, ὡς πίνα κεφαλὴν τῷ παντὸς ἔργου, καὶ κορυφήν. ἐπ' ἐκείνων μέντοι καὶ πάνυ πολλήν σοι εἰδέναι τὴν χάριν ὁμολογῶ. ἐμὲ γὰρ ἐπαισχύσαντος τὸ μέτριον τοῦ σοῦ τρόπου, καὶ ὅτι μηδὲν ὑπερπετὲς, μὴ δ' ὅπως μεῖζον ἐνεπολήσῃ σοι ὁ παρὼν ὄγκος τῶν πραγμάτων, σὺ τὰ τοιαῦτα αἰσχυνομένῳ τῷ λόγῳ, ἐπῃσώσω τῇ ἐπαίνῳ τὴν ἀλήθειαν. τὸ γὸ μὴ προσαρπάζειν τὰ τοιαῦτα τῶν ἐγκωμίων, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι ἐπ' αὐτοῖς, καὶ μείζω ἢ κατ' ἐσὲ εἶναι λέγειν, μετρίας καὶ δημοτικῆς τινος διανοίας δεῖγμα ὀρθότατον. ὁπόσῳ γὰρ ἂν πρὸς τὸ ἐπαινεῖσθαι αὐτὸ οὕτω διακειμένῳ τυγχάνῃς, τοσούτῳ ἀξιωτέραν ἐπαινεῖσθαι ἀποφαίνεις σεαυτόν. καὶ ἡδέως ἐς τὸν Διογένους λόγον περιελήλυθέ σοι τὸ πρᾶγμα. ὁς ἐρομένῳ τινὸς ὅπως ἂν τις ἔνδοξος γένοιτο, εἰ δόξης ἔφη καταφρονήσειε. φαίην γὰρ ἂν κἀγὼ αὐτὸς, εἴ τις ἐροιτό με, τίνες εἰσὶ μάλιστα ἐπαινοῦ

numen non perfunctoriè colunt, etiam humanis in rebus optimi sint. Quocirca si omnis oratio esset retexenda, & emendandum simulachrum, ex ea nihil auferre auderem, imò & hoc adderem tanquam totius operis caput & verticem. Quo nomine me tibi magnam gratiam debere confiteor. Cùm enim animi tui moderationē laudarim, & quod nihil sublime, nihil fastu plenum tibi indidit præsens rerum amplitudo, tu his in oratione mea reprehensis, laudum veritati fidem attulisti. Nam quòd laudes istiusmodi non præcipis, sed earum te pudet, maioréque dicis quàm vt tibi conueniant, modesti & popularis animi est argumentum. At quanto magis erga laudes ita affecto es animo, tantò summis laudibus digniorem te reddis. Eáque res in Diogenis sententiam ferme tibi cecidit. Qui interrogante quopiam quo pacto quis gloriam consequi posset: si gloriam inquit contempserit. Ipse etiam dicerē, siquis me interrogaret, quinam potissimū laude digni sint,

ἄξιοι, ὁπόσοι ἐπαινεῖσθαι μὴ θέλουσιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἀγωνία, καὶ πόρρω τοῦ πράγματος. ἐμοὶ δὲ καὶ ἀπολογήσασθαι, τοῦτο ἔστιν, ὅτι τῇ ἐν Κνίδῳ, καὶ κήποις, καὶ Ἥρᾳ, καὶ Ἀθηνᾷ, τὴν μορφὴν ἀναπλάττων, εἰκάσματα ταῦτά σοι ἐκμεθοδεύσασθαι ἔδοξε, καὶ ἐμοὶ τὰ πάθη; περὶ αὐτῶν δὴ τούτων ἐρῶ. καίτοι παλαιὸς οὗτος ὁ λόγος, ἀνεύθυνους εἶναι ποιητὰς, καὶ γραφέας. τὸν δὲ ἐπαινοῦντας, καὶ μᾶλλον οἶμαι, εἰ καὶ χαμαὶ, καὶ βάδην; ὥσπερ ἡμεῖς, ἀλλὰ μὴ ὅτι μέγων φέροιντο. ἐλεύθερον γὰρ τὸ ἔπαινος. οὐδὲ ἔστιν αὐτῷ μέτρον εἰς μέγεθος, ἢ βραχύτητα νενομοθετημένον. ἀλλὰ τοῦτο μόνον ἅπαντος ὁρᾷ, ὅπως ὡς θαυμάσεται, καὶ ζηλωτὸν ἀποφανεῖ τὸν ἐπαινούμενον. οὐ μὴν ταύτῃ γε ἐγὼ βαδιοῦμαι, μὴ καὶ σοὶ δόξω ὡς ἀπορίας αὐτὸ δρᾶν. ἐκεῖνο δέ σε φημὶ τοιαύτας ἡμῖν τὰς ἀφορμὰς τῶν ἐπαινετικῶν τούτων λόγων, ὡς ἂν τὸν ἐπαινούμενον, καὶ εἰκόσι, καὶ ὁμοίωσιν παραβάλλειν. καὶ ἁδὸν ἐν τούτῳ τὸ μέγιστόν ἔστιν εἰκάσαι. τὸ δὲ εὖ, οὐδὲ μάλιστα κείνοιτο. ἀλλ' ἴσως τις

quicunque laudari nolunt. At hæc aliena fortè sunt, & extra rem. Verùm de quo instituenda mihi defensio, illud est, quod te cum Cnidia, & hortensi Venere, cum Iunone, & Minerua, formam tuam effingendo, cõparaui. Eã-ne modum excedere, & pede latiora tibi visa sunt? De his ipsis igitur dicam: quanquam vetus est hoc verbum, rationibus reddendis non esse obnoxios poëtas & pictores: puto etiam laudatores, eóque magis, si humi & grem, vt nos, at non præter modum ferãtur. Laus enim res est libera. Neque modum vllum ad magnitudinem, aut breuitatem, ipsi leges præscripsêre. Sed illud tantùm ex omnibus respicit, quomodo summè admirabitur, & insignem faciet eum quem laudat. At ego viam hanc non ingrediar, ne id inopia consilij facere tibi videar. Illud verò dico, eiusmodi nobis esse laudatiuarum orationũ occasiones, quomodo imaginibus & comparationibus laudatorem vti oporteat. Et ferme in hoc sita est bene effingendi summa. Illud verò rectè effictum, sic potissimum iudicabitur, Nõ si quis cũ similib⁹ cõparauerit, τοῖς ὁμοίοις παραβάλλῃ, οὐδὲ

λῶ πρὸς τὸ ὕστερον ποιῆται τὴ παρόδοσιν, ἀλλ' ἵνα τις πρὸς τὸ ὑπερέχον ἀεί τε ἐμβιβάζῃ τὸ ἐπαινούμενον. οἷον, ἵνα τις κύνα ἐπαινῶν, εἴποι ἀλώπεκος μείζω εἶναι αὐτὸν, ἢ αἰλούρου, ἆρά σοι ὁ τοιοῦτος δοκεῖ ἐπαινεῖν εἰδέναι; οὐκ ἄν εἴποις. ἀλλὰ μὴν οὐδ' εἰ λύκῳ φαίη ἴσον αὐτὸν ὑπάρχειν, οὐ τοσοῦτον μεγαλωστὶ ἐπήνεσεν. ἀλλὰ πῇ τὸ ἴδιον τοῦ ἐπαίνου ἀποτελεῖται; ἵνα ὁ κύων τῷ λέοντι ἐοικέναι λέγηται κατὰ μέγεθος, καὶ ἀλκήν. ὡς τὸν Ὠρίωνος κύνα ἐπαινῶν ἔφη ποιητὴς, λεοντοδάμαν αὐτόν. οὗτος γὰρ δὴ κυνὸς ἐντελὴς ἔπαινος. καὶ πάλιν εἴ τις Μίλωνα τὸν ἐκ Κρότωνος, ἢ Γλαῦκον τὸν ἐκ Καρύστου, ἢ Πολυδάμαντα ἐπαινέσαι θέλων, ἔπειτα λέγοι ἰσχυρότερον ἕκαστον αὐτῶν γυναικὸς γυμνάδαι, οὐκ ἄν οἶει γελασθῆναι αὐτὸν ἐπὶ τῇ αὐξήσει τοῦ ἐπαίνου, ὅπουγε εἰ καὶ ἑνὸς ἀνδρὸς ἔλεγεν ἀμείνω εἶναι αὐτὸν, οὐδὲν τοῦτο ἀπέχρησεν ἂν πρὸς ἔπαινον. ἀλλὰ πῶς ἐπῄνεσε ποιητὴς εὐδόκιμος τὸν Γλαῦκον; οὐδὲ Πολυδεύκεος βίαν φήσας αὐχατείνασθαι ἂν αὐτῷ ἐναντίας τινὸς χείρας. οὐδὲ

neque si cum eo quod vilius est composuerit, sed si quod laudatur, ad excellentioris archetypũ, quoad fieri potest, extulerit. Exempli gratia, siquis canem laudando, diceret esse vulpe aut fele maiorem, nunquid ille laudandi rationem tibi videtur nosse? Non vtique dixeris. Sed neque si lupo parem esse diceret, neque sic magnificè laudaret. Sed vbi tandem quod laudis est proprium, absoluitur? Si canis dicatur magnitudine & robore, leoni esse similis, vt Orionis canem laudans poëta, leonis domitorem appellat. Nam hæc vtique canis perfecta laus est. Rursus siquis Milonem Crotoniaten, aut Glaucum Caryſtium, aut Polydamantem laudare volens, eorum vnũquemque muliere robustiorem esse diceret, nonne deridendum putares ob insulsam laudationem, siquidem etsi eum viro aliquo præstantiorem dixisset, neque hoc ad laudẽ sufficiisset? At quomodo celebris poëta Glaucum laudauit? non dixit Pollucem manus aduersarias cum ipso conseruisse: neque ferreum Alcmenæ filium.

ὁρᾷς ὁποίοις αὐτὸν θεοῖς εἰκάσε; μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῶν ἐκείνων ἀπέφηνε. καὶ ὅτε αὐτὸς ὁ Γλαῦκος ἠγανάκτησε τοῖς ἐφόροις τῶ ἀθλητῶ θεοῖς αὐτεπαινέμενος, οὔτε ἐκεῖνοι ἠμύναντο ἢ τὸν Γλαῦκον, ἢ τὸν ποιητὴν, ὡς ἀσεβῆντα περὶ τὸ ἔπαινον, ἀλλὰ εὐδοκίμουν ἄμφω, καὶ ἐπεμῶντο τοῦ τῶν Ἑλλήνων. ὁ μὲν, ὅπη τῆ ἀλκῆ ὁ Γλαῦκος. ὁ δὲ ποιητὴς, ὅπη τε τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ μάλιστα τῷ ἄσματι. μὴ δὴ θαυμάσῃς εἰ καὶ αὐτὸς εἰκάσαι ἐκελόμην ὁ τῷ λῷ τῷ ἐπαινέτῃ ἀναγκαῖον, ὑψηλοτέρῳ ἐχρησάμην τῷ παραδείγματι, τοῦτο ὑποβαλόντος τὸ λόγου. ἐπεὶ δὲ καὶ κολακείας ἐπεμνήσθης, ὅτι μὲ καὶ σὺ μισεῖς τοὺς κολακικοὺς, ἐπαινῶ μέν σε, καὶ ὀκ ἐλέγχην ἄλλως. ἐθέλω δέ σοι διακεῖναι, καὶ δείσαι τό, τε τοῦ ἐπαινέτου ἔργον, καὶ τίνι τοῦ κόλακος ὑποβολήν. ὁ μὲν ὢν κόλαξ, ἅτε τῆς χρείας ἕνεκα τῆ ἑαυτοῦ ἐπαινῶν, ἀληθείας δὲ ὀλίγον ποιούμενος τίνι τρόπῳ ἐροῦσαν, ἅπαντα ὑπερεπαινεῖν οἴεται δεῖν. ὅπη ψευδόμενος καὶ φορτικὸς δοκεῖς παρ' αὐτῷ τὰ πλείω, ὡς μὴ ἂν ὀκνῆσαι καὶ τὸν Θερσίτην εὐμορφότερον ἀποφῆναι τοῦ Ἀχιλλέως. καὶ τὸν Νέσορα

Vides qualibus Dijs ipsum assimilarit? quin potiùs ipsis imaginibus expressit. Et neque Glaucus indignatus est quòd cum inspectoribus athletarum Dijs collatus laudaretur, neque illi vlti sunt vel Glaucum, vel poëtam, prout in laude impium: sed ambo celebres, & in honore apud Græcos fuerunt: ille roboris nomine Glaucus: poëta verò & rerum aliarum, in primis verò carminis huius ratione. Nec verò mireris, si & ipsé cùm effigiem fingere vellem: altiori, quod laudanti erat necessarium, vsus sum exemplari, ratione id subijciente. Quandoquidem autem adulationis mentionem fecisti, quòd assentatores odisti, laudo te, nec aliter fieri conueniebat. Sed enim volo tibi laudatoris opus, & adulatoris nimietatem discernere, & definire. Itaque assentator vt pote proprij compendij causa laudans, nulla veritatis ratione habita, omnia supra modum laudanda putat: multa mentiens, déque suo addens, adeò vt Thersiten Achille formosiorem facere, & Nestorem

φαῦαι τ' ὀπὶ Ιλιον στρατευσαίτων, τ' νεώτατον εἶναι. δ' ομόσαιτο δ' αὖ καὶ τ' Κρείσου υἱὸν ὀξυηκοώτερον εἶναι τ' Μελάμποδος. κ' τ' Ιφνέα ὀξύτερον δεδορκέναι τῦ Λυγκέως, ἤν πῶρ μόνον κερδᾶναί τι ἐλπίση ὀπὶ τῷ ψεύσματι. ὁ δ' γε αὐτὸ τῦτο ἐπαινῶν, ἢ χ ὅπως κ' δ' αὖ ψεύσαιτό τι, ἢ παραδείη τ' μὴ ὄλως πρόσοντων. τὰ δ' ὑπαρχόντα αὐτῷ φύσει ἀγαθὰ, κἂν μὴ πάνυ μεγάλα ᾖ, παρλαβών, ἐπηύξησε, καὶ μείζω ἀπέφηνε. καὶ τολμήσειεν αὖ εἰπεῖν, ἵππον ἐπαιρέσαι θέλων, φύσει κοῦφον ὦν ἴσμεν ζώων, κ' δ' ἐρεμικὸν, ὅτι ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέειν, κ' δὲ κατέκλα. καὶ πάλιν ἂν αὖ ὀκνήσειε φαῦαι ἀελλοπόδων δ' ἐρέμον ἵππων. κ' ἢν οἰκίαν ἐπαινῇ καλὴν, κ' ἄριστα κατεσκευασμένην, εἴποι αὖ, Ζηνὸς που τοιάδε γ' ὀλυμπία ἔνδοθεν αὐλή. ὁ δ' κόλαξ, τῦτο τὸ ἔπος, κἂν περὶ τ' συβώτου καλύβης εἴπῃ, εἰ μόνον τι παρὰ τῦ συβώτου λαβεῖν ἐλπίσειεν. ὅπου Κώωνος ὁ Δημητρέως τῦ πλουσκητῦ κόλαξ, ἀπαίτων αὐτῷ τ' παρὰ τῦ κολακείαν καταπαλωμένων, ἐπήνει ὑπὸ βηχὸς ἀνοχλουμένου τ' Δημητρέως, ὅτι ἐμμελῶς ἐχρέμπτετο.

eorum qui ad Ilium militarunt natu minimum dicere non vereatur. Quinetiam iurare ausit Crœsi filium auditus acumine Melampodem antecellere, Iphnea verò visu Lynceum, dummodo lucri aliquid ex mendacio se capturum speret. Porrò laudator, mentiri nolit, aut aliquid ex ijs quę neutiquam insunt, addere: sed quæ bona habet à natura, quamuis non sint admodum magna, per comparationem auget, & maiora ostendit. Et dicere ausit, laudando equum, natura leuem, vt ea scimus esse animantia, & cursu velocem, Ille per intactæ segetis, vel summa volaret Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas. Rursus non dubitaret dicere, Procellipedum cursum equorũ. Quinetiam si domum eximiam, & optimè extructam laudet, dixerit. Talis & intus erat magni Iouis aula suprema. At hũc versiculũ assentator, etiã de subulci tugurio id diceret, si modò aliquid à subulco acceпturũ se speraret. Veluti Cynæthus Demetrij illius Poliorcetæ assentator, absumptis omnibus assentandi rationibus, Demetrium tussi vexatum laudabat quòd scitè spueret.

μόνον ὃ τοῦτο ἑκατέρᾳ αὐτῶν γνώρισμά ἐστι, τὸ τοὺς μὲ κόλακας μὴ ὀκνεῖν, καὶ ψεύσασθαι τοῦ χαρίσασθαι ἕνεκα τοῖς ἐπαινουμένοις, ἀλλὰ χάριν ὀφλισκάνειν τοὺς ἐπαινοῦντας τὰ ὑπάρχοντα περιᾴδοντας, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνο ἂν σμικρῷ διαλλαττουσιν, ὅτι οἱ μὲ κόλακες, ἐν ὅσον οἷόν τε αὐτοῖς, χεῶνται τῇ ὑπερβολῇ· οἱ ἐπαινοῦντες ὃ, καὶ ἐν αὐταῖς ταύταις σωφρονοῦσι, καὶ ἐντὸς τῶν ὅρων μένουσι. ταῦτά σοι ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα κολακείας, καὶ ἐπαίνου ἀληθοῦς δείγματα, ὡς μὴ πάντας ὑποπτεύῃς τοὺς ἐπαινοῦντας, ἀλλὰ διακείνῃς, καὶ παραμετρῇς τῷ οἰκείῳ μέτρῳ ἑκάτερον. φέρ' οὖν εἰ δοκεῖ, πρόσαγε τοῖς ὑπ' ἐμοῦ εἰρημένοις, τοὺς κανόνας ἀμφοτέρους, ὡς μάθοις εἴ τε τούτῳ, εἴτ' ἐκείνῳ ἐοίκασιν· ἐγὼ δὲ εἰ μὴ πνα ἄμορφον οὖσαν ἔφην τῷ ἐν Κνίδῳ ἀγάλματι ὁμοίαν, χρῆς ἄν, καὶ τὸ Κωιάδου κολακικώτερος ὄντως νομιζοίμην. εἰ δὲ τοιαύτην ὑπάρχουσαν, οἵαν πάντες ἴσασιν, ἅπαν ἂν πολλῆς διαφθορᾶς ἐλεύθερον τὸ τύλιμμα. τάχα δ' οὐκ φαίης, μᾶλλον δ' ἤδη εἰρήκοις, ἐπαινεῖν μέν σοι ἐς τὸ κάλλος ἐφείδω. ἀνεπίφθονον μέντοι

& excrearet. Non solùm autem hac nota à se inuicem discernuntur ambo, quòd non dubitent assentatores mentiri in eorum qui laudãtur, gratiam. Laudatores verò dotes quæ insũt, extollere conantur. Sed hac re etiam non exigua à se inuicem differunt, quòd assentatores, quoad fieri potest, hyperbolis vtuntur: laudatores in ijs sibi temperant, & intra terminos manent. En tibi ex multis pauca assentationis, & veræ laudis indicia: ne laudatores omnes suspiceris, sed vtrumque discernas, & propria mensura metiaris. Age itaque si videtur, ea quæ à me dicta sunt ad vtriusque canonem expende, vt intelligas huic-ne an illi sint similia. Nam si deformem aliquam Cnidio simulachro similem dixissem, reuera præstigiator, & Cynætho adulantior existimarer. Sed si dixi eam, quæ talis est, qualem norunt omnes, non admodum longo interuallo distabat ausum. At dices fortasse, aut potiùs iam dixisti: pulchritudinem quidem laudare tibi liceat. Sed enim immunem ab inuidia laudẽ tribuere conueniebat:

ποιήσασθαι τ' ἔπαινον ἐχέλω,

ἀλλὰ μὴ θεοῖς ἀπεικάζειν ἀν-
θρωπίνην ἕξιν. ἐγὼ γάρ, εἰ καὶ
μὴ προσάξεται τοιαῦτα εἰπεῖν, οὐ
θεοῖς μὲν βέλτιστα εἰκάσει, τε-
χνιτῶν δ' ἀγαλμάτων ἠμιεργή-
μασι, λίθου, καὶ χαλκοῦ, ἢ
ἐλέφαντος πεποιημένοις. τὰ γὰρ
ἀπ' ἀνθρώπων γεγονότα, καὶ
ἀσεβὲς οἶμαι ἀνθρώποις
εἰκάζειν. ὅτι δὲ μὴ σὺ τοῦτο
εἶναι τοῦ Ἀθηναίου ὑπέλη-
φας, τὸ ὑπὸ Φειδίου πεπλασμέ-
νον, ἢ τοῦτο τοῦ Ἀφροδισιακοῦ Ἀ-
φροδίτου, ὁ ἐποίησε Πραξιτέ-
λης ἐν Κνίδῳ, ἐκ πάνυ πολλῶν
ἐτῶν. ὅμως ὅρα μὴ ἄσεμνον ᾖ,
τὰ τοιαῦτα περὶ τῶν θεῶν δο-
ξάζειν. ὧν τάς τε ἀληθεῖς εἰκό-
νας ἀνεφίκτους εἶναι ἀνθρωπίνῃ μιμήσει ἔγωγε ὑπολαμ-
βάνω. εἰδὲ καὶ ὅ, τι μάλιστά
γε αὐταῖς ἐπείκασα εἰκάσα, ἀλ
ἐμὸν τοῦτο, οὐδὲ ἐγὼ πρῶτος
ταύτην ἐτεμόμην τὴν ὁδόν,
ἀλλὰ πολλοί, καὶ ἀγαθοὶ ποιη-
ταί. καὶ μάλιστα ὁ πολί-
της ὁ σὸς Ὅμηρος, ὃν ἐγ
ὦ ἀναβιβάσομαι σύμμαρτυρα
σοφώτατά μοι. ἢ οὐδεμία μηχανὴ,
μὴ οὐχὶ καὶ αὐτῷ σοὶ ἐμοὶ ἀλ-
λῶναι. ἐρήσομαι τοίνυν αὐ-
τὸν, μᾶλλον ὃ σὲ πρὸς αὐτὸν,
καὶ γὰρ μαμνημονέυεις, εὖ

non autem Deabus hominem me comparare. Ego verò, iam enim adducar vt verum eloquar, te ô præstantissima, nequaquam cum Deabus comparauí, sed cum eximiorum artificum operibus, ex lapide, ære, aut ebore confectis. At quæ ab hominibus sunt facta, cum hominibus cõparare non puto impium, nisi Mineruam illud esse existimasti, quod Phidias effinxit, aut cœlestem Venerem illud, quod non multis abhinc annis Praxitelis Cnidi fecit. At vide ne indecorum sit talia de Dijs sentire: quorum imagines veras nulla humana industria imitatione assequi potest, vt sentio. Quod si etiam te illis assimilassem, meum hoc non esset: neque primus hanc viam aperui, sed multi, & eximij poëtæ, cum primis verò Homerus ciuis tuus, quem mihi patrocinaturum proferam: aut fieri non potest, quin mecum vincatur. Quare ipsum interrogabo, aut te potiùs illi loco. Etenim memoriæ mandas, quod præclarè facis, elegantissima

ποιοῦσα τὰ χαριέστατα τῶν

ἐρρα-φωδημῴων αὐτῷ, τί σοι
δοκεῖ, ὁπόταν περὶ τῆς
αἰχμαλώτου λέγῃ τῆς Βρισηΐ-
δος, ὅτι χρυσῇ Ἀφροδίτῃ ἰκέ-
λη, ἐπεύδει τ' Πάτροκλον. εἶτα
μικρὸν, ὡς οὐχ ἱκανὸν εἰ
μόνῃ τῇ Ἀφροδίτῃ ἐοικυῖα ἔ-
σαι, εἶπε δ' ἄρα φησὶ κλαύσασα
γυνὴ εἰκυῖα θεῇσιν. ὁπόταν οὖν
τοιαῦτα λέγῃ, μισεῖς κἀκεῖνον,
καὶ ἀποῤῥίπτεις τὸ βιβλίον, ἢ
δίδως αὐτῷ ἐλευθεριάζειν ἐν
τῷ ἐπαίνῳ. ἀλλὰ κἂν σὺ μὴ
δῷς, ὅγε τοσοῦτος αἰὼν δέδω-
κεν, ὃς δ' ἔστιν ὅς τις αὐτ' ὀπὶ τύ-
τῳ ἠπάσατο, ὃς δὲ ὁ μασίξαι
τολμήσας αὐτοῦ τ' εἰκόνα, ὃς δὲ ὁ
τὰ νόθα ὀπισημηνάμενος τῶν
ἐπῶν ἐν τῇ περιχαφῇ τ' ὀβε-
λῶν. εἶτα ἐκείνῳ μὲν ἐφεθίστε-
ται βάρβαρον, γυναῖκα, ἁβρὰ ταῦτα,
κλαύσασαν τῇ χρυσῇ Ἀφρο-
δίτῃ εἰκάσαι. ἐγὼ δ', ἵνα μὴ τὸ
κάλλος εἴπω, ὅτι μὴ αὖ ἔχῃ
ἀκούσασα, ὃς ἂν περιβάλλοιμι
εἰκόσι θεῶν γυναῖκα φαι-
δράν, καὶ μειδιῶσαν τὰ πολλά.
ὅσῳ θεοῖς ὅμοιον ἀνθρώποι ἔ-
χρισιν. ὀπὶ μὲν τοι τ' Ἀγαμέμνο-
νος, ὅρα ὅσην αὐτὸς φειδὼ ἐποι-
ήσατο τ' θεῶν, καὶ ὡς ἐταμέυσατο
τὰς εἰκόνας ἐς τὸ σύμμετρον.

carminum eius, quid tibi videtur illud vbi de captiua Briseide sic loquitur, aureæ Veneri similis Patroclum lugebat. Deinde paulò pòst, ac si non sufficeret, si soli Veneri similis esset, addit, Sic itaque est mulier lachrymãs effata Deabus Consimilis. Ergo cùm talia dicat, illumne odisti, & librum proijcis, an illi libertatem in laudando permittis? At non des, tamen tanta sæculorum series ipsi concessit. Ac nemo inuentus est qui huius rei illum arguerit, neq; qui Imaginem eius flagris cædere ausus sit, neque qui obeliscis adscriptis nothos versus notarit. An licebit illi mulierem barbaram, idque plorãtem, aureæ Veneri comparare? Ego verò, vt pulchritudinem taceam, quoniam audire non sustines, Dearum imaginibus non comparauerim mulierem hilarem, & sæpe ridentem? Quod hominis Dijs simile habent. In laudando autem Agamemnonè, vide quantum Dijs pepercerit, & quàm accommodatè Imagines deprompserit, vt illum oculis & capite Ioui similem esse dicit,

ὡς ὄμματα μὲν φησι, καὶ κεφαλὴν ἴκελον αὐτὸν εἶναι τῷ Διὶ

τῷ Ἀρεῖ ὑ, τὼ ζώνῳ, στέρνον ὑ, τῷ Ποσειδῶνι, διαῤῥῶν τ' ἀ̓νθρωπον χ' μελη πρὸς τοσούτων θεῶν εἰκόνας. καὶ αὖ πάλιν, βεστολογῶ Ἀρεῖ φησὶν ὅμοιον εἶναι. χ' ἄλλον ἄλλῳ. θεοειδῆ τ' φρύγα τὸν τῶ Πειράμου. θεοείκελον, πολλάκις τ' Πηλέως. ἀλλὰ ἐπαίειμι αὖθις ἐπὶ τὰ γυναικεῖα τ' παραδείγματων. ἀκούεις χ' δ̓ήπου αὐτῶ λέγοντος, Ἀρτέμιδι ἰκέλη, ἢ̓ χρυσῆ Ἀφροδίτη. καὶ οἵη σ' Ἀρτεμις εἶσι κατ' ὄρεος. ἢ μόνον ὑ τὸν ἀνθρώποις ἀντὸν θεῶν ἀπεικάζει, ἀλλὰ χ' τ' Εὐφόρβου κόμην, τὰς χάριτσιν ἀπείκασε. καὶ ταῦτα, αἵματι δεδευμένην. χ' ὅλως τοσαῦτά ὅτι τὰ τοιαῦτα, ὡς μηδὲν εἶναι τ' ποιήσεως μέρος, ὃ μὴ ταῖς θείαις εἰκόσι διακεκόσμηται. ὥσε ἢ κἀκεῖνα ἐξαλλίφθω, ἢ καὶ ἡμῖν τὰ ὅμοια τολμᾶν ἐφείδω. ὅτω ὑ τὸ κ' τὰς εἰκόνας, καὶ τὰς ὁμοιώσεις, εὐήθως ὁ̓ρᾶν, ὥστε Ὁμηρος χ' τὰς θεὰς αὐτὰς ἐκ ἀκήκοεν ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων ἐπαινέσαι. τὸν χροῦν τῆς Ἥρας ὀφθαλμοῖς, τοῖς τῶν βοῶν εἰκασεν. ἕτερος δέ τις ἐβλέφαρον τὴν Ἀφροδίτην ἔφη. τὴν μὲν χ' ῥοδοδάκτυλόν τις ἀγνοεῖ, τῶν καὶ ἐπ'

balteo Marti, pectore Neptuno, membratim diuidens hominem ad tantorum Deorum imagines collatum. Rursus hunc homicidæ Marti similem esse ait, & alium alij. Deiformem Phrygem illum Priami filium, Deo similem sæpe Achillem. At rursus ad muliebria exempla redeo. Ipsum enim audis dicentem, Dianæ similis, vel aureæ Veneri, Item, qualis Diana it per montem. Nec solùm homines Dijs assimilat, sed etiam Euphorbi comam Gratijs assimilauit, idque sanguine imbutam. Denique tam multa sunt id genus, vt nulla poëseos eius pars non sit diuinis Imaginibus exornata. Quocirca aut illa deleantur, aut similia audere nobis liceat. Adeò verò liberum est quod Imaginibus, & similitudinibus illustratur, vt Dearum etiam laudes à rebus inferioribus promere Homerus non dubitarit. Itaque Iunonis oculos bouinis assimilauit: alius quispiam Veneris palpebras violis similes dixit. Ecquis, etiam eorum qui

ἐλάχιστον τῇ Ομήρου ποιήσει
ἐμπείρων, κἂν τὰ μὲν τῆς
μορφῆς, ἐπὶ μεζόνων ἐρεῖ τις
θεῷ ἐοικέναι λέγηται. ἀλλὰ τὰς
προσηγορίας αὐτὰς, ὅσοι ἐμι-
μήσαντο τὰς τῶν θεῶν, Διονύ-
σιοι, καὶ Ηφαιστίωνες, καὶ Ζή-
νωνες, καὶ Ποσειδώνιοι, καὶ Ερ-
μεῖοι προσαγορευόμενοι. Λητὼ
δὲ, γυνή τις ἐγένετο Εὐαγό-
ρου τοῦ Κυπρίων βασιλέως. καὶ
ὅμως οὐκ ἠνάκτησεν ἡ θεὸς,
λιθομύλιδον αὐτὴν ὥσπερ
τὴν Νιόβην ἀπεργάσασθαι. ἐῶ γὰρ
τοὺς Αἰγυπτίους, οἵπερ καὶ δει-
σιδαιμονέστατοί εἰσι πάντων,
ὅμως τοῖς θείοις ὀνόμασιν, εἰς
κόρον ὑπερχωμένοις. ἡδὺ
γοῦν τὸ πλεῖστα αὐτοῖς, ἐξ
οὐρανοῦ ὄζειν. ὥστε οὐ πρός γε
σὲ τὸ τοιοῦτον, ψοφοδεῶς διε-
κείσθαι πρὸς τὸν ἔπαινον. εἰ
γάρ τι ἐν τῷ συγγράμματι
πεπλημμέληται ἐς τὸ θεῖον,
σὺ μὲ ἀνένδυτος αὐτὸς, ἐκτὸς
εἰμί τινα νομίζεις ἀκροάσεως
ἐνδύλλιν εἶναι. ἐμὲ δ' ἀμυ-
νοῦνται οἱ θεοὶ, ἐπειδὴ πρὸ
ἐμοῦ τὸν Ομηρον, καὶ τοὺς ἄλ-
λους ποιητὰς ἀμυνοῦνται. ἀλλ'
οὐδέπω, οὐδὲ τὸν ἄριστον φι-
λοσόφων ἠμύναντο, εἰκόνα
θεοῦ τὸν ἄνθρωπον εἰπόντα

in Homerica poëfi minimum ſunt verſati, roſeis digitis Auroram ignorat? Atqui mediocria ſunt quæ ad formam pertinent, ſiquis Deo ſimilis dicatur. Verùm quo ſunt numero, qui Deorum appellationes imitati ſunt, Dionyſij, Hephæſtiones, Zenones, Poſidonij, Hermæi agnominati. Latona quoque fuit quædam Euagoræ Cypriorum regis vxor. Nec tamen indignata eſt Dea, quæ non ſecus ac Nioben, poterat eam in lapidem conuertere. Omitto Ægyptios, qui quanuis mortalium omnium ſint ſuperſtitioſiſſimi: diuinis tamen nominibus ad ſatietatem vtuntur. Itaque penè omnia è cœlo illis deſumpta ſunt. Quare nihil eſt quod ob laudem hanc pertimeſcas. Nam ſiquid in Deum hoc libello eſt peccatum, à culpa es immunis, niſi & in audiendo culpam eſſe putes. At mè vlciſcentur Dij, quandoquidem Homerum, alióſque poëtas ante me vlti ſunt, At Philoſophorum præſtantiſſimũ, qui hominem Dei imaginem eſſe dixit, necdum puniuerunt. Quanquám autem multa adhuc habeo tibi

εἶναι. πολλὰ ἔτι ἔχων πρὸς

σὲ εἰπεῖν, Πολυστράτου ἕνεκα τούτου παύσομαι, ἵνα καὶ ἀπομνημονεῦσαι δυνηθῇς τὰ εἰρημένα. Πο. οὐκ οἶδα εἰ μοι τοῦτο δυνατὸν ἔπ ὦ Λυκῖνε. μακρὰ γὰρ εἴρηταί σοι καὶ ταῦτα, καὶ A ὑπὲρ τὸ ὕδωρ τὸ ἐπιχυνόμενον. πειράσομαι δ' ὅμως ἐπιμνησθῆναι αὐτῶν. καὶ ὡς ὁρᾷς, ἤδη ἀποσοβῶ παρ' αὐτιὼ, ἐπιβυσάμενος τὰ ὦτα, ὡς μή τι παρειμπεσὸν ἄλλο συγχέῃ τὴν B τάξιν αὐτῶν, εἶτά μοι συνείπεσθαι σωμβῇ ὡς τῶν θεατῶν. Λυ. αὐτῷ σοὶ μελήσει ὦ Πολύστρατε, ὅπως ἄριστα ὑποκρίνῃ. ἐγὼ δ', ἐπείπερ ἅπαξ σοι τὸ δ' ἐφεξῆς παρεδέδωκα, νῦν μὲν ἐκ ποδῶν ἀπιτήσομαι. ὁπόταν δ' C ταῖς ψήφοις αἰκκριθῶσι τῶν κριτῶν, τότε ἤδη καὶ αὐτὸς παρέσομαι, ἀφόμενος ὁποῖόν τι τὸ τέλος τῶν ἀγῶνος ἔσαι.

dicenda, huius tamen Polystrati gratia finem faciam, vt dicta recordari possit. *Pol.* Haud scio, Luciane, num id adhuc possim. Nam longa fuit tua oratio, & effusam aquam prætergressa. Eorum tamen conabor meminisse. Et vt vides, hæc ad ipsam obturatis auribus iam deferre propero, nequid interlabatur quod eorum ordinem confundat, deinde mihi à spectatoribus exibilari contingat. *Luc.* Istud sanè tibi curæ erit Polystrate, vt personam optimè agas. Cæterùm ego quandoquidem fabulam tibi semel tradidi, nunc è medio discedam. Postea verò pronunciatis judicum suffragijs, iterum adero, visurus quem finem hoc certamen habiturum sit.

ΤΟΞΑΡΙΣ, Η Φ[illegible]. TOXARIS SIVE AMICITIA.

ARGVMENTVM.

Videtur hoc dialogo Lucianus, amicitiæ dignitatem, atque effectum commendare voluisse, dum Toxarim & Mnesippum introducit, alterum Scytharum, alterum Græcorum, in amicitijs colendis fidem,

prædicantem, vtrumque autem pro patria sua, contendentem, connumeratis aliquot sua ætatis hominum exemplis, qui mutua inter se amicitia deuinctis, extrema etiam pericula interim alij pro alijs obiere. Occasio contentionis à solemni sacrificio & cultu Pyladis & Orestis, quibus illos Scythæ venerantur, sumpta est, altero videlicet mirante, & causam scisitante, ob quam homines externos, & etiam hostes suos, diuinis honoribus Scythæ prosequerentur, altero autem, fidem & amicitiam illorum exponente, ob quam tantos honores prosequutti essent. Neque enim quicquam sanctius, aut religiosius à Scythis obseruari, & custodiri, quàm amicitiam, eáque magis illos iactare sese, quàm vllis alijs operibus ac rebus. Interim tamen & illa memorabilia sunt; qua de ritu iungendi fœderis & amicitiæ, cuius etiam Herodotus meminit in Melpomene, & de consuetudine contrahendi auxilia atque exercitus obiter addit.

ΜΝΗΣΙΠΠΟΣ.

ΤΙφὶς ὦ Τόξαρι, θύετε Ορέστῃ, καὶ Πυλάδῃ ὑμεῖς οἱ Σκύθαι, καὶ θεοὺς εἶναι πεπείσμεθα αὐτούς; Το. Θύομεν ὦ Μνήσιππε, θύομεν, οὐ μέντοι θεοὺς γε οἰόμενοι εἶναι, ἀλλὰ ἀνδρας ἀγαθούς. Μνη. νόμος ὑμῖν καὶ ἀνδράσιν ἀγαθοῖς ἀποθανοῦσι θύειν, ὥσπερ θεοῖς; Το. οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑορτὰς, καὶ πανηγύρεσι τιμῶμεν αὐτούς. Μνη. τί δῆτα ὠφέλιμοι παρ' αὐτῶν; οὐ γὰρ δὴ ἕτοιμοί γε εἰσὶν εὐμενεῖς θύεσθε αὐτοῖς, νεκροῖς γε οὖσιν. Το. οὐ χείσειν μέντοι ἴσως, εἰ καὶ οἱ νεκροὶ

MNESIPPVS.

Vid ais Toxaris? sacrificatis Oresti, & Pyladi vos Scythæ, Deósque esse illos creditis? *Tox.* Sacrificamus Mnesippe, sacrificamus inquam: haud tamen esse Deos arbitrati, sed viros bonos. *Mne.* An verò mos apud vos, etiam bonis viris vita functis [illegible] facere perinde ac Dijs? *Tox.* Non istuc modò, verùm illos festis diebus & celebritatibꝰ honoramus. *Mne.* Quid ab illis captantes? non enim illis, mortui cùm sint, ad captandam beneuolentiam sacra facitis. *Tox.* Nihil obsit fortè, si mortuos quoque

ἡμᾶν εὐμενεῖς εἶεν. οὐμοὶ ἀλλὰ καὶ πρὸς τῶν ζώντας ἀμεινον οἰόμεθα πράξειν, μεμνημένοι τῶν ἀρίστων. καὶ τιμῶμεν ἀποθανόντας. ἡγούμεθα γὰρ οὕτως ἂν ἡμῖν πολλοὺς ὁμοίους αὐτοῖς ἐθελῆσαι γενέσθαι. Μνη. ἀλλὰ, ταῦτα μὲν οὐδὲν γινώσκετε. Ορέσην δ', καὶ Πυλάδην, τίνος μάλιστα θαυμάσαντες, ἰσοθέοις ἐποιήσασθε, καὶ ταῦτα, ἐπίλυδας ὑμῖν ὄντας; ἢ τὸ μέγιστον, πολεμίους; οἵγε, ἐπὶ σφᾶς ναυαγία πεπτωκόσιν, οἱ τὸ πρὶν Σκύθαι συλλαβόντες, ἀπῆγον, ὡς τῇ Ἀρτέμιδι καταθύσοντες, ὑπόδημοι τοῖς δεσμοφύλαξι. καὶ δὴ φρουρῶν ὑπεκρατήσαντες, τόν τε βασιλέα κτείνουσι, καὶ τὴν ἱέρειαν περιλαβόντες. ἀλλὰ καὶ τὴν Ἄρτεμιν αὐτὴν ἀποσυλήσαντες, ᾤχοντο ἀποπλέοντες, καταγελάσαντες τῆς κοινῆς τῶν Σκυθῶν νόμου. ὥστε εἰ διὰ ταῦτα τιμᾶτε τοὺς αὐθένας, οὐκ ἂν φθάσοιτε πολλοὺς ὁμοίους αὐτοῖς ἐξεργασάμενοι. καὶ τοὐντεῦθεν αὐτοὶ ἤδη πρὸς τὰ παλαιὰ σκοπεῖτε, εἰ καλῶς ἔχει ὑμῖν πολλοὺς εἰς τὴν Σκυθίαν Ορέστας, καὶ Πυλάδας

beneuolos habeam⁹. Quinetiam existimamus nos rem ijs, quæ in vita sunt, magis conducibilem esse facturos, si præstantium virorum memoriam celebremus. Et defunctos honore prosequimur: siquidem hac ratione futurum arbitramur, vt multi apud nos illorum similes euadere cupiãt. Mne. Hæc quidem rectè iudicatis. At Orestem, & Pyladem quo nomine potissimùm suspexistis, vt Dijs eos æquaueritis, idque cùm vobis essent hospites, aut quod maximum est, hostes? Qui quidem, cùm ipsos naufragio deiectos, illius temporis Scythæ comprehendissent, & abducerent vt Dianæ immolarentur: adorti carceris custodes, oppressisque excubijs, & regem trucidarunt, & assumpta sacerdote, quin ipsa quoque Diana sublata, in naui abiuerunt, irrisa communi Scytharum lege. Quare si ob istiusmodi facinora viros istos in honore habetis: facilè assecuti fueritis, vt multos illorum similes reddatis. Iámque ipsi ab hoc die vsque ad prisca illa respicite, num vobis expedierit multos Orestes ac Pylades in Scythiam appellere. Nam mihi quidem isto pacto καταίζειν. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖτε

πάλαι σὺ ὅτως ἀσεβεῖς αὐτοὶ, καὶ ἄθεοι ἡγεῖσθαι, τῶν περιλοιπῶν θεῶν τὸν αὐτὸν βοσον ὑμῖν ἐκ τῆς χώρας ἀποξενωθέντων. εἶτ' οἶμαι αὖτη τῶν θεῶν ἁπάντων, τοὺς ἐπ' ἐξαγωγῇ αὐτῶν ἥκοντας ἀνδρας ἐνθεσιάσετε καὶ ἱερσύλοις ὑμῶν ὔσι, δύσετε ὡς θεοῖς. εἰ γὰ μὴ αὐτὶ τούτων Ορέσθιν, καὶ Πυλάδην τιμᾶτε, ἀλλ' εἴπερ τι ἄλλο ὦ Τόξαρι, ἀγαθὸν ὑμᾶς εἰργάσαντο, αὐτὶ ὅτου πάλαι οὐ θεοὺς εἶναι δικαιώσαντες αὐτὼν, νῦν τοὐμπαλιν δύσαντες αὐτοῖς, θεοὺς εἶναι νενομίκατε, καὶ ἱερείοις ὀλίγου δεῖν τότε γενομένοις, ἱερεῖα νῦν προσάγετε. γελοῖα γὰ αὖ ταῦτα δόξειε; καὶ ἐναντία τοῖς πάλαι. Το. καὶ ταῦτα μὰ ὦ Μνήσιππε, γυναῖα τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων, ἃ κατέλεξας. τὸ γὰ δύο ὄντας, ὕτω μέγα τόλμημα τολμῆσαι, καὶ τοσοῦτον ἀπὸ τῆς αὐτῶν ἀπέρασντας, ἐκπλεῦσαι εἰς τὸν πόντον, ἀπείρατον ἔτι τοῖς Ελλησιν ὄντα, πλὴν μόνων τῶν ἐπὶ τῆ ἀργοῦς ἐς τὴν Κολχίδα στρατευσαμένων, μὴ καταπλαγέντας, μήτε τοὺς μύθους τοὺς ἐν αὐτῷ, μήτε τὴν θεσπιῳδίαν καταδείσαντας, ὅτι ἄξενος

religionis & Deorũ expertes mox fore videmini, Dijs reliquis eodem modo è vestra regione in alienam delatis. Postea, opinor, Deorum omnium vice, viros qui eos eductum venerint, diuinitate donabitis, & qui sacrilegi in vos fuerint, ijs tanquam Dijs sacrificabitis. Quòd si nequaquam horum gratia, Orestem aç Pyladẽ colitis, sed aliud quippiam, ô Toxari, in vos beneficij contulerunt: qua gratia, quanquam olim nõ iudicastis ipsos esse Deos, nunc contrà sacrificantes ipsis, Deos esse decreuistis: & ijs qui tunc propemodum victimæ fuerant, nũc victimas offertis? Enimuero ridicula videantur ista, cúmque his quæ quondam statueratis, pugnantia. Tox. Et ista, quidem, Mnesippe, generosa fũt virorum illorũ facinora, quæ commemorasti: quòd duõ cũ essent, tam ingens ausum sint ausi, támque procul à sua patria profecti, in Pontum nauigarint, Græcis ad id vsque temporis intactum, nisi solis his qui Argo in Colchidem traiecerunt exercitum: nihil expauefacti neq; fabulas quæ de illo ferũtur, neq; appellationẽ veriti, quòd inhospitũ vocaretur, videlicet, opinor, quòd feræ vndique ἐκαλεῖτο, ὅτι οἶμαι ἀχείων

gentes

ἐθνῶν πειρωμένων, καὶ ἐπειδὴ ἐάλωσαν, οὕτως ἀμφὶ εἰ-
ως χρήσασθαι τῷ πράγματι, καὶ μὴ ἀγαπῆσαι εἰ διαφυλά-
ξουσι μόνον, ἀλλὰ τιμωρησαμένους τὴν βασιλέα τῆς ὕ-
βρεως, καὶ τὴν Ἄρτεμιν ἀναλαβόντας, ἀποπλεῦσαι, πῶς ταῦ-
τα ἂν θαυμάσαι, καὶ θείας πρὸς τιμῆς ἄξια παρὰ πάντων, ὁπόσοι
ἀρετὴν ἐπαινοῦσιν, ἆρα ἂν ταῦτα ἡμεῖς Ὀρέστῃ, καὶ Πυλάδῃ
ἐνιδόντες, ἥρωσιν αὐτοῖς χρώμεθα. Μνη. λέγοις αὖ πάλιν ὅ,
τι σεμνὸν, καὶ θεῖον ἄλλο ἤδη διήνυσται. ἐπὶ ὅσον ἐν τῷ πλῷ, καὶ
τῇ ἀποδημίᾳ, πολλὰς ἂν σοι θεατὰς ἐκείνων ἀποδείξαιμι τοὺς ἐμπόρους. καὶ μάλιστα τοὺς
Φοίνικας αὐτοί. οἳ ἐξ ἅπαντος, καὶ ἄχρι τῆς Μαιώτιδος, καὶ τοῦ
Βοσπόρου μόνον ἐπανέρχονται, ἀλλὰ πανταχοῦ τῆς Ἑλληνικῆς, καὶ
βαρβαρικῆς θαλάττης γαυτιλλομένους. ἅπαξ γοῦν ἀκοῦσαι, καὶ
πάντα σαφῶς ὡς εἰπεῖν, διερευνησάμενοι καθ' ἕκαστον ἔτος,
ἀφὲ τοῦ μετοπώρου, εἰς τὸν αὐτῶν ἐπανίασιν. οὓς κατὰ τὸν αὐ-
τὸν λόγον, θεοὺς νόμιζε. καὶ ταῦτα, καπήλους, καὶ ταριχο-
πώλας, εἰ τύχοι, τοὺς πολλοὺς αὐτῶν ὄντας. Το. ἄκουε δὴ ὦ

gentes accolerent: deinde cùm iam capti essent, adeò strenuè se gesserint, nec sat habuerint, si tantùm incolumes euaderent: nisi & à rege contumeliam acceptam vlti, & Diana sublata abnauigassent. Quid? annon hæc admiranda, & digna quæ diuino quodam honore excipiantur in omnibus qui virtutem laudant? Sed nos hæc in Oreste & Pylade non spectantes, pro Heroibus illos habemus. *Mne.* Dicito iam quidnam aliud splendidum ac diuinum patrarint. Nam quantum ad nauigationem, & peregrinationem attinet, multos istis diuini ores ostendero negociatores: atque inter hos potissimùm Phœnices, qui non in Pontum, neque ad Mæotidem vsque, aut Bosphorum tantùm enauigãt, verùm quaqua versus, Græcum ac Barbarum mare permetiuntur. Hi siquidem omnem oram, & omne littus, vt ita dixerim, quorannis scrutati, extremo tandem autumno in suam patriam reuertuntur: quos ad eandem rationem pro Dijs habeto, idque quanquam illorum multi fortè sunt caupones, & salsamentarij. *Tox.* Audi nunc, & considera, vir admiranda, quanto θαυμασίως, καὶ σοφῶς, καθ' ὅσην

ἡμεῖς οἱ βάρβαροι; ἐυγνωμονέστερον ὑμῶν περὶ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν κείνομεν, εἴγε ἐν Ἄργει μέν, καὶ Μυκήναις, οὐδὲ τὸ φονεύσδοξον ἔστιν ἰδεῖν Ὀρέστου, ἢ Πυλάδου. παρ' ἡμῖν δ', ἢ νεὼς ἀποδέδεικται αὐτοῖς ἅμα ἀμφοτέροις, ὥσπερ εἰκὸς ἦν ἑταίροις γε οὖσι. καὶ θυσίαι προσάγονδ', ἢ ἄλλη πᾶσα τιμὴ ἄπασα. κωλύει τι δῆτα, ὅτι ξένοι ἦσαν, ἀλλὰ μὴ Σκύθαι, ἀγαθοὶ κεκλῆσθαι. οὐ γὰρ ἐξετάζομεν ὅθεν οἱ καλοὶ, ἢ ἀγαθοί εἰσιν, οὐδὲ φθονοῦμεν, εἰμὴ φίλοι ὄντες ἀγαθὰ εἰργάσαντο. ἐπαινέσαντες δὲ ἃ ἔπραξαν, οἰκείους αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἔργων ποιούμεθα. ὃ δὴ μάλιστα καταπλαγέντες τῆ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἐπαινέσαμεν, τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἡμῖν ἔδοξαν φίλοι οὗτοι δὴ ἄριστοι ἁπάντων γεγενῆσθαι, καὶ τοῖς ἄλλοις, νομοθέται καταστῆσαι, ὡς χρὴ τοῖς φίλοις ἁπάσης τύχης κοινωνεῖν, καὶ τοῦτο Σκυθῶν τῶν ἀρίστων θεραπεύσαι. καὶ ἄγε μετ' ἀλλήλων, ἢ τοῦ ἀλλήλων ἔπαθον ἀναγράψαντες οἱ πρόγονοι ἡμῶν ὅπι στήλης χαλκῆς, ἀνέθεσαν εἰς τὸ Ὀρέστου, καὶ νόμον ἐποιήσαντο, πρῶτον τοῦτο μάθημα, καὶ παίδευμα

nos qui barbari sumus, rectiùs vobis de bonis viris sentiamus. Siquidē in Argo, & Mycenis, ne sepulchrum quidē vllum insigne videre est Orestis ac Pyladis: apud nos verò & templum ostenditur simul vtrique sacrum, ita vt par erat amicis, & hostiæ offeruntur, reliquúsque omnis honos. Porrò quòd hospites erant, non Scythæ, nihil obstat quominus viri boni iudicentur. Neq; enim inquirimus cuiates sint viri honesti ac probi, neque inuidemus, si quanquā amici non sunt, res egregias gesserunt: quin magis ea quæ patrarunt, probantes, illos ab ipsis factis nostrates ducimus. Quod autem potissimùm stupentes in illis viris efferimus, illud est, quod hi nobis visi sunt amici inter se omnium longè optimi extitisse, atque alijs ceu legem statuisse, quēadmodū oportet amicos omnem inter se communicare fortunam: & promeruisse vt à præstantissimis Scytharum colerentur. Itaque quæcunq; alter cum altero, vel alter pro altero tulit, ea maiores nostri descripta in æreā columna Orestis in templo reposuerunt, legémque tulerunt, vt ea colūna suis liberis prima esset τοῖς παισὶ τοῖς σφετέροις εἶναι

ἐπὶ σήλῃ ταύτῃ, καὶ τὰ ἐπ' αὐτῆς γεγραμμένα διαμνημονεῦσαι. διὰπον γοῦν τοῦνομα ἕκαστος αὐτῶν ἐπιλάθοιτο τῶν πατρέων, ἢ τοὺς Ὀρέσου, καὶ Πυλάδου πράξεις ἀγνοήσειεν. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ περιβόλῳ τῷ νεῷ τὰ αὐτὰ, ὁπόσα ἡ σήλη δηλοῖ, γεγραφῆς ὑπὸ τῶν παλαιῶν εἰκάσματα δείκνυται, τῶν παλαιῶν Ὀρέστης ἅμα τῷ φίλῳ. εἶτα ἐν τοῖς κρημνοῖς διαφθαρείσης αὐτῷ τῆς νεὼς, συνειλημμένος, καὶ πρὸς τὴν θυσίαν παρεσκευασμένος. καὶ ἡ Ἰφιγένεια ἤδη κατάρχεται αὐτῶν. καταπεπτωκὼς ὑπὸ τὸ ἕτερον τοῖχον, ἤδη σφάξουσὰ τὰ δεσμὰ γεγραπται, καὶ φονεύων τὸν Θόαντα, καὶ πολλοὺς ἄλλους τῶν Σκυθῶν. καὶ τέλος, ἀποπλέοντες, ἔχοντες τὴν Ἰφιγένειαν, καὶ τὸν θεόν. οἱ Σκυθαι ὑπ' ἄλλων ἐπιλαμβάνονται τῶν σκάφους ἤδη πλέοντος, ἀνακρεμαννύμενοι τῶν πηδαλίων, καὶ ἐπαναβαίνειν πειρώμενοι. εἶτ' οὐδὲν ἀνύσαντες. οἱ μὲν αὐτῶν, θαυμαται. οἱ δ', καὶ δέει τούτου, ἀπονήχονται πρὸς τὴν γῆν, ἵνα δὴ καὶ μάλιστα ἴδοι τις ἂν ὁπόσην ὑπ' ἀλλήλων εὔνοιαν ἐπεδείκνυντο ἐν τῇ πρὸς

institutio & disciplina, & quæ in illa essent adscripta recordarentur. Itaque patris quisque sui nomen citiùs obliuisceretur, quàm res gestas Orestis ac Pyladis ignoraret. Quin & in ambitu templi, quæcunque in columna notantur, eadem priscorum picturis adumbrata visuntur: Nempe Orestes vnà cum amico nauigans, deinde fracta inter abruptas cautes ipsorum naue comprehensus, & ad victimam adornatus. Iámque Iphigenia initiat eos. Ex aduerso verò in altero pariete, idem iam vinculis exutus depictus est, ac Thoantem occidens, multósque ex Scythis alios: postremò soluentes, & Iphigeniam ac Deam habentes. Porrò Scythæ frustra scapham adoriuntur iam nauigantem, hærentes gubernaculis ac conscendere conantes. Deinde re nequicquam tentata, alij quidem ex ijs saucij, alij verò eius rei metu compulsi, natatu semet in solum recipiunt, vbi vel maximè liceat perspicere, quãtam in conflictu cum Scythis alter in alterum beneuolentiam præstiterit.

τοὺς Σκύθας συμπλοκῆ. πε-

Circumluitur autem regio illius, fluuijs & magnis, & horrendis, vel solo nomine: siquidem Cocyti, Pyriphlegethontes, atque huiusmodi vocabulis appellantur. Quódque est grauissimum, præiacet Acherontica palus, quæ prima excipit obuios, quam non possis transmittere, neque transire sine vectore. Nam & profundior est quàm vt pedibus transiri possit, & spatiosior, quàm vt tranari queat. In summa huiusmodi est, vt nec auium manes possint eam transuolare. In ipso descensu, portáque quæ est adamantina, Æacus est, regis patruelis, cui mandata est custodia: iuxtáque ipsum canis triceps, sæuus admodum qui aduenientes amicè, pacatéque intuetur: sed si quis aufugere conetur, allatrat, territósque in specum redigit. Iàm eos qui emissa palude sunt ingressi, pratum amplum excipit, asphodelo consitum: atque infensus memoriæ fluuius, ideóque Lethes nomen ei inditum. Nam hęc priscis illis mortalibus narrarunt, qui illinc redierant: nempe Alcestis, & Protesilaus Thessali, & Theseus Ægeo prognatus,

γέως, καὶ ὁ τῆς Ὁμήρου Ὀδυσσεὺς, μάλα σεμνοὶ, καὶ ἀξιόπιστοι μάρτυρες, ἐμοὶ δοκεῖν, ὑποίντες τὴν πηγήν. ἐ γὰρ ἂν ἐμέμνηντο αὐτῶν. ὁ μὲν οὖν Πλούτων, ὡς ἐκεῖνοι ἔφασαν, καὶ ἡ Περσεφόνη, διοικεῦσι, καὶ τῶν ὅλων διαστείαν ἔχουσιν. ὑπηρετοῦσι δ' αὐτοῖς, καὶ τῶν ἀρχῶν τῶν διαφόρων, ὄχλος πολὺς, ἐρινύες τε, καὶ ποιναὶ, καὶ φόβοι, καὶ ὁ Ἑρμῆς. οὗτος μόνος οὐκ ἀεὶ συμπαρών. ὕπαρχοι δ', καὶ σατράπαι, καὶ δικασταὶ, καθίζουσι δύο, Μίνως τε, καὶ Ῥαδάμανθυς, Κρῆτες ὄντες, καὶ υἱοὶ τοῦ Διός. οὗτοι δὴ, τοὺς μὲν ἀγαθοὺς τῶν ἀνδρῶν, καὶ δικαίους καὶ κατ' ἀρετὴν βεβιωκότας, ἐπειδὰν πωλιδῶσι πολλοὶ, καθάπερ εἰς ἀποικίαν τινὰ, πέμπουσιν ἐς τὸ Ἠλύσιον πεδίον, τῷ ἀρίστῳ βίῳ συνεσομένους. οὓς δέ τινας τῶν πονηρῶν λάβωσι, τοῖς ἐρινύσι παραδόντες, ἐς τὸν τῶν ἀσεβῶν χῶρον ἐκπέμπουσι, καὶ λοιπὸν τῆς ἀδικίας κολαστὰ τοιοῦτοι. ἔνθα δὲ τί τῶν κακῶν οὐ πάσχουσι, φερβλοφούμενοί τε, καὶ κατεσθιόμενοι, καὶ ὑπὸ γυπῶν ἐσθιόμενοι, καὶ χῶ συμφερόμενοι, καὶ λέθοις ἀναπαλλόμενοι, ὁ μὲν γὰρ Ταντάλος,

& Homericus Vlysses, graues admodum, & fide digni teſtes, qui ex fonte illo mihi videntur non bibiſſe, alioqui eorum nō meminiſſent. Itaque Pluto, & Proſerpina, vt aiebant illi, temp. adminiſtrant, rerúmque omnium dominatum obtinent. Quibus inſeruiunt, & in adminiſtrando principatu adiuuant, ingens turba, furiæ, pœnæ, terrores, ac Mercurius, quanquam his ſanè non adeſt perpetuò. Præfecti autem, & Satrapæ, iudicéſque ſedent duo, Minos, & Rhadamanthus, vterque Cretenſis, vterque Iouis filius. Atque hi quidem bonos ac iuſtos viros, qui cum virtute vitam exegerunt, vbi iam multi collecti fuerint, velut in coloniam quandam emittunt in Elyſium campum vitam optimam ibi victuros. Quòd ſi malos aliquos ceperint, hos furijs traditos, in impiorum locum eijciunt, pro ratione malefactorum puniendos. Quo in loco quid tandem mali non patiuntur? torti, exuſti, à vulturibus arroſi, rota circumacti, ſaxa ſurſum voluentes. Nam Tantalus

ἐπ' αὐτῇ τῇ λίμνῃ αὐτὸς ἕστηκε, κινδυνεύων ὑπὸ τῆς δίψους ὁ καχοδαίμων ἀποθανεῖν. οἱ δὲ τῆς μέσου βίου πολλοὶ ὄντες οὗτοι, ἐν τῷ λειμῶνι πλανῶνται αὖεν τῶν σωμάτων σκιαὶ ψυχόμυοι, καὶ ὑπὸ τῇ ἀφῇ καπνοῦ καπνὸς ἀφανιζόμενοι. φέρονται δὲ ἅμα ταῖς παρ' ἡμῖν χοαῖς, καὶ τοῖς καθαγιζομένοις ἐπὶ τῶν τάφων. ὡς εἴ τῳ μὴ εἴη καταλελειμμένος ὑπὸ γῆς φίλος, ἢ συγγενὴς, ἄστιτος οὗτος νεκρός, καὶ λιμώττων, ἐν αὐτοῖς πολιτεύεται. τοῦτα οὕτως ἰσχυρῶς πεπεισμένοι τὸν πολλοὺς, ὥστε ἐπειδάν τις ἀποθάνῃ τῶν οἰκείων, φερόντες μὴν φέρουσιν ὀβολὸν, ἐς τὸ στόμα κατέθηκαν αὐτῷ, μισθὸν τῷ πορθμεῖ τῆς ναυπλίας ψυχοπομπὸν, οὐ πρότερον ἐξεταστὴν ὁποῖον τὸ νόμισμα νομίζεται, καὶ εἰ διαχωρεῖ παρὰ τοῖς κάτω, καὶ εἰ δύναται παρ' ἐκείνοις ἀπίκιος, ἢ μακεδονικὸς, ἢ αἰγινήτης ὀβολὸς, ἐπὶ ὅτι πολὺ κάλλιον ἦν μὴ ἔχειν τὸ πορθμεῖον καταβαλεῖν. οὕτω δὲ ἂν, οὐ παραξαμένου τὸ πορθμέως, ἀναπεμπτοι πάλιν ἐς τὸν βίον ἀφικνοῦντο. μὴ ταῦτα δ', λούσαντες αὐτὸν, ὡς οὐχ ἱκανῆς τῆς κάτω

in ipsa palude stat, in periculum adductus, ne siti moriatur infœlix. Alij verò mediæ vitæ, qui sunt complures, vagantur in prato sine corporibus, facti vmbræ, & ad tactum ceu fumus euanescentes. Aluntur autem nostris libationibus, inferiisque, quæ sepulchris inferuntur. Adeò vt sicui nullus sit in terra reliquus amicus, aut cognatus, hic mortuus ieiunus ac famelicus inter illos versetur. Hæc adeò validè vulgi animos peruasérunt, vt simulatque familiaris quispiam mortuus fuerit, primùm obolum illi in os indant, vt sit portitori, traiectionis merces, nec illud priùs expendant, cuiusmodi numisma legitimum sit, ambulétque apud inferos, & apud illos valeat, Atticusne, an Macedonicus, & Æginensis obolus, neque multò satius esse non posse naulum soluere: cùm sic futurum sit, vt non recipiente portitore, postliminio redeant in vitam. Post hæc lotos eos, ac si tartarea palus non satis

λίμνης λουτρὸν εἶναι τοῖς ἐκεῖ, καὶ μύρῳ τῷ καλλίστῳ χείσαντες τὸ σῶμα, πρὸς ἀνοσιώδη ἤδη βιαζόμενον, καὶ στεφανώσαντες τοῖς ὡραίοις ἀν- A θεσι, περιδέντες, λαμπρῶς ἀμφιέσαντες, ἵνα μὴ ῥιγῶσιν ἀπλονότι παρὰ τὸν ὅλεθρον, μηδὲ γυμνοὶ βλέποιντο τῷ Κερ- B βέρῳ. οἰμωγαὶ δ' ἐπὶ τούτοις, καὶ κωκυτὸς γυναικῶν, καὶ περὶ πάντων, δάκρυα, καὶ στέρνα τυπτόμενα, καὶ ἀπαρχόμενα κόμη, καὶ φοινισσόμενα παρειαί. καὶ που καὶ ἐδαφι- C ζόμενοι, καὶ κόνις ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πάσεται. καὶ οἱ ζῶντες, οἰκτρότεροι τῶν νεκρῶν. οἱ μὲν, γὰρ χαμαὶ καλινδοῦνται πολλάκις, καὶ ταῖς κεφαλαῖς D ἀράσσουσι πρὸς τὸ ἔδαφος. ὁδὲ, εὐκόσμων, καὶ καλὸς, καὶ καθ' ἑαυτὸν ἐστεφανωμένος, ὑπὲρ νεκροῦ πρόκειται, καὶ μετέωρος, ὥσπερ ἐς πομπὴν κεκοσμημένος. εἶτ' ἡ μήτηρ, καὶ γὰρ Δι' ὁ πατὴρ, ἐκ μέσων τῶν συγ- E γενῶν προελθὼν, καὶ περιχυθεὶς αὐτῷ, περικεῖται γάρ τις ψέος, καὶ καλὸς, ἵνα καὶ ἀκμαιότερον ἐπ' αὐτῷ τὸ δρᾶμα ᾖ, φωνὰς ἀλλοκότους, καὶ ματαίας ἀφίησι. πρὸς ἃς ὁ νεκρὸς αὐτὸς ἀποκρίνεται αὖ, οἰ λάβοι φωνήν. φήσει γὰρ ὁ πατὴρ,

sit idonea lauandis ijs, qui ibi degunt, optimísque vnguẽtis vncto corpore, quod iam fœtore vincitur, tum coronatos pulchertimis floribus, proponunt splendidè vestitos, ne videlicet per viam algeant, neue à Cerbero nudi conspiciantur. Accedunt ad hæc mulierum eiulatus, omniúmque lachrymæ, pectorum planctus, comæ dilaniatio, genarum cruentatio. Alij vestem discerpunt, & puluerẽ capiti inspergunt, adeò vt viuentes, sint mortuo miserabiliores. Nam illi sæpenumero humi volutantur, capita solo allidunt: hic verò decorus ac formosus, & eximiè coronatus, sublimis propositus est, & excelsus, velut ad pompam adornatus. Deinde mater, atque adeò pater, ex medijs cognatis progressus, & mortuo circunfusus (nam finge iuuenem aliquem, ac formosum esse propositum, quò magis in hunc competat actio fabulæ) absurdas ac stultas voces emittit: ad quas responderet mortuus, si vocẽ reciperet. Ait enim pater,

ὑστερόν τι φθεγγόμενος, καὶ παρατείνων ἕκαστον τῶν ὀνομάτων, τέκνον ἥδιστον, οἴχῃ μοι, καὶ τέθνηκας, καὶ πρὸ ὥρας ἀνηπάδης, μόνον ἐμὲ ἔτι τὸν ἄθλιον καταλιπών, οὐ γαμήσας, οὐ παιδοποιησάμενος, οὐ στρατευσάμενος, οὐ γεωργήσας, οὐκ εἰς ὥρας ἐλθών, οὐ κωμάσῃ πάλιν, οὐδ' ἐρασθήσῃ τέκνον, οὐδ' ἐν συμποσίῳ μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν μεθυσθήσῃ. ταῦτα δή, καὶ τὰ τοιαῦτα φήσει, οἰόμενος τὸν υἱὸν δεῖσθαι μέν ἔτι τούτων, καὶ ἐπιθυμεῖν καὶ μετὰ τὸν τελευτὴν, οὐ δυνασθαι δὲ μετέχειν αὐτῶν. καίτοι τί ταῦτα φημί; πρόσει γὰρ καὶ ἵππους, καὶ παλλακίδας, οἶδε, καὶ οἰνοχόους ἐπικατέσφαξαν, καὶ ἐσθῆτα, καὶ ἄλλον κόσμον συγκατέφλεξαν, ἢ συγκαπώρυξαν, ὡς χρησομένοις ἐκεῖ, καὶ ἀπολαύσουσιν αὐτῶν κἀκεῖ; ὁδ' οὖν φρέσβυτης ὁ πενθῶν, οὕτω πάντα ταῦτα ὑπέπτα εἴρηκε, καὶ ἔτι πλείονα, οὔτε τῶν παιδὸς ἕνεκα βαυκωδεῖν ἔοικεν, οἶδε γὰρ ὅτι ἀκουσόμενον, οὐδὲ μεῖζον ἐμβοήσῃ τοῦ στέντορος, οὔτε μὴν αὐτῷ. φρονεῖν γὰρ αὐτὸν, καὶ γινώσκειν ἱκανὸν ἦν καὶ ἄνευ τῆς βοῆς. ἁδὺς γὰρ δὴ πρὸς ἑαυτὸν δεῖται βοᾶς.

flebili quadam voce verbum unumquodque in longum producens, fili iucundissime, periisti mihi, mortuus es, & ante diem præreptus, miser me relicto solo. Non duxisti vxorem, non genuisti liberos, non militasti, non coluisti agros, ad senectam non peruenisti. Non comessaberis posthac, non amabis fili, neque cum æqualibus in comparatione inebriaberis. Hæc atque id genus alia dicit, ratus filium rebus his etiam post obitum egere, ac desiderare quidem, verùm potiri nō posse. Sed quid hæc loquor? Quot enim sunt, qui equos ac cōcubinas, quique pincernas in funere mactarunt, qui vestem reliquúmque mundum concremarunt, aut cū cadauere sepelierūt, perinde quasi ijs illic sint vsuri, & apud inferos fruituri? At senex iste luctum agens, hæc omnia quæ dixit, atque his etiā plura, neque filij causa tragicè iactare videtur, vt quē sciat non auditurum, etiamsi Stentorem clamore vincat, neque rursum sua ipsius gratia, vt cui satis erat cogitare, & cognoscere, etiam sine clamore. Nemini enim opus est, vt apud sese clamet.

Super

κοινὸν ἂν ὂν αὐτῷ τῶν παρόντων ἔγεκα, ταῦτα λυπεῖν, καθ' ὅτι πέπονθεν αὐτῷ ὁ παῖς εἰδότα, καθ' ὅτι κεχώρηκε. μᾶλλον δ' ὅτε τὸν βίον αὐτῷ ἐξετάζοιτο ὁποῖός ὄστιν, καὶ αὐτὸς ἂν ἐξ αὐτοῦ μεταθέσιν ὡς τῶν δεινῶν ἐλυχέραινεν. εἶπον δ' ἂν οὖν πρὸς αὐτὸν ὁ παῖς, παραιτησάμενος τὸν Αἰακὸν, καὶ τὸν Αἰδωνέα πρὸς ὀλίγον τὴν κόμιν ἀναρύψαι, καὶ τὸν πατέρα παύσασθαι ματαιάζοντα, ὦ κακόδαιμον ἄνθρωπε, τί κέκραγας; τί δέ μοι παρέχεις περίγματα; παῦσαι πλοκάμους τὴν κόμιν, καὶ τὸ πρόσωπον ἐξ ὀπτῆς ἀμύσσων. τί μοι λοιδορῇ, καὶ ἄθλιον ἀποκαλεῖς, καὶ δύσμορον, πολύ σου βελτίω, καὶ μακαριώτερον γεγονότα; ἢ τί σοι δεινὸν πάσχειν δοκῶ; ἢ ὅτι μὴ τοιοῦτος γέρων ἐξομοιοῦμαι, οἷος εἶ σὺ, φαλακρὸς μὲν τὴν κεφαλὴν, τὴν δ' ὀφρὺν ἐρρυπωμένος, κυτὸς, καὶ τὰ γόνατα νωθὴς, καὶ ὅλως, ὥσπερ τὸ χρόνου σαθρὸς, πολλὰς περικλάσας, καὶ ὀλυμπιάδας ἀναλήσας, καὶ τὸ τελευταῖον δὴ τοῦτο, παραπαίων ἐπὶ τοσούτων μαρτύρων; ὦ μάταιε, τί σοι χρῆσιν εἶναι δοκεῖ περὶ τὸν βίον, οὗ μηκέτι μεθέξομεν; ἢ τὸν

Supereſt igitur, vt hæc nugetur ob eos qui adſunt: cùm neſciat, neque quid filio acciderit, neque quò conceſſerit: imò cùm neque A ſua ipſius vita, cuiuſmodi ſit, perpenderit. Neque enim ceu rem acerbam grauiter ferret, illum ex ea demigraſſe. Filius igitur ita huic reſponderit, exorato B Æaco, & Plutone, quòd liceat tantiſper è ſpecu proferre caput, & patrem inſanientem compeſcere. Homo infœlix, quid clamas? quid mihi moleſtus es? deſine vellicare comam, & vultus lacerare cutem. C Cur mihi conuitium facis, & miſerum appellas, & infortunatum, qui iam ſim te multò tum melior, tum fœlicior? aut quid acerbi mihi putas accidiſſe? An D quia non ſum factus ſenex, qualis tu, capite caluo, facie rugoſa, incuruus, genibus ſegnis, in ſumma totus ætate putris, multis expletis Triacadibus, E & Olympiadibus: denique &iſtud, apud teſtes tam multos delirans? O demens, quid tibi videtur in vita bonè, quo non poſthac fimùs fruituri? nimirùm

πότους ἐρεῖς ἀηλογότη, καὶ τὰ δεῖπνα, καὶ ἐδώδιμα, καὶ ἀφεδρίσια, καὶ δέδιας μὴ τούτων ἐνδεὴς γηόμενος, ἀπόλωμαι; ἀλλ' ἐννοεῖς ὅ ὅτι τὸ μὴ διψῆν, πολὺ κάλλιον τοῦ πιεῖν, καὶ τὸ μὴ πεινῆν, τοῦ φαγεῖν, καὶ τὸ μὴ ῥιγοῦν, τοῦ ἀμπεχόνης εὐπορεῖν; φέρε τοίνυν ἐπειδὴ ἔοικας ἀγνοεῖν, διδάξομαί σε θρηνεῖν ἀληθέστερον. καὶ δὴ ἀφαλαβὼν ἀξ ὑσαγχῆς, βόα, τέκνον ἄθλιον, ἐκέπι διψήσεις, ἐκέπι πεινήσεις, οὐδὲ ῥιγώσεις. οἴχῃ μοι κακόδαιμον, ἐκφυγὼν τὰς νόσους, ἐ πυρετὸν ἔπι δεδιὼς, ἐ πολέμους, οὐ τύραννον. ἐκ ἔρως σε ἀνιάσει, οὐ ἡ συμουσία παραβλαφεῖ, οὐδὲ σωφρονήσεις ὀπὶ τούτῳ δὶς ἢ τρὶς ἡμέρας. ὦ τῆ συμφορᾶς. οὐδὲ καταφρονηθήσῃ, γέρων γηόμενος, οὐδὲ ὀχληρὸς ἔσῃ τοῖς νέοις, βλεπόμενος. αὖ ταῦτα λέγῃς ὦ πάτερ, ἐκ οἶει πολὺ ἀληθέστερα, ἢ γελοιότερα ἐμοίων ἔρειν; ἀλλὰ ὅρα μὴ τόδε σε ἀνιᾷ, ἢ διαφθορὴ τὸν παρ' ἡμῖν ζόφον, ἢ τὸ πολὺ σκότος. κἄπα δέδιας μή σοι ἀποπνιγῶ καπνισθεὶς ἐν τῷ μνήματι; χρὴ δ' ὥρᾳς ταῦτα λογίζεσθαι ὅτι τῶν ὀφθαλμῶν

potationes, cœnás, veſtem, venerea, eóque metuis ne horum penuria peream? Nõ intelligis, longè bellius eſſe, non ſitire, quàm bibere? non eſurire, quàm edere: nõ algere, quàm veſtibus abundare? Age igitur, quandoquidem ignarus videris, docebo te lugere veriùs. Itaque redintegrato luctu, clama, fili miſer, nõ ampliùs ſities, non ampliùs eſuries, non ampliùs algebis. Perijſti mihi infœlix, qui morbos effugeris, qui febrem iam non timeas, non hoſtem, non tyrannum. Non te cruciabit amor, non peruertet coitus, neque huius cauſa bis ter-ue per diem rem tuam diſſipabis. O calamitatem! Neq; contemnêris factus ſenex, neq; moleſtus eris iuuenibus, ſi conſpiciaris. Hæc ſi dixeris pater, annon putas te multõ veriora, magíſque ridicula dicturum, quàm illa quæ modò? At vide hum hoc te malè habeat, quum caligine, multáſq; tenebras quæ ſunt apud nos, cogitas. An metuis ne in monumento ſuffocer incluſus? Verùm in his illud perpendendum eſt, oculis putrefactis, atq; adeò

διασαπέντων, ἢ καὶ νὴ Δία

κμένων μετ' ὀλίγον, εἴγε χρῶσαί με διεγνώκατε, ἔστε σκότος, ἔστε φῶς ὀφθήν δεησόμεθα. καὶ ταῦτα μὲν ἴσως μέτεια. τί δέ με ὁ κωκυτὸς ὑμῶν ὀνίνησι, καὶ ἡ πρὸς τὸν αὐλὸν αὕτη στεγνοτυπία, καὶ ἡ τῶν γυναικῶν περὶ τὰ θρηνῶν ἀμετρία; τί δ' ὁ τῇ τῆ τάφου λίθος ἐστεφανωμένος; ἢ τί ὑμῖν δύναται τὸν ἄκρατον ὀπτχεῖν; ἢ νομίζετε καταξαίνειν αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς, καὶ μέχρι τῆ ᾅδου διήξεσθαι; τὰ μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν καθαγισμῶν, ἢ αὐτοὶ ὁρᾶτε οἶμαι, ὡς τὸ μὴ νοσιμώτατον τῶν παρεσκευασμένων, ὁ καπνὸς παραλαβὼν, ἄνω εἰς τὸν οὐρανὸν οἴχεται, μηδὲν πλέον ἡμᾶς ὠνήσας τοῦ κάπνου. τὸ δὲ καταλειπόμενον, ἡ κόνις, ἀχρεῖον, ἐκτὸς εἰμὴ πῆ φασὶν ἡμᾶς σιτεῖσθαι πεπιστεύκατε. ἐκ οὖν ὡς ἄσπορος, οὐδὲ ἄκαρπος ἡ τῆ Πλούτωνος ἀρχή, οὐδ' ἐπιλείπει ἡμᾶς ὁ ἀσφόδελος, ἵνα παρ' ὑμῶν τὰ σιτία μεταστελλώμεθα. ἄστε μοι νῦν πῆ Τισιφόνῃ, πάλαι δὴ ἐφ' οἷς ἐποιεῖτε, καὶ ἐλέγετε, παμμέγεθες ἐπῆει ἀνάκαγχάσαι. διεκώλυσε δ' ἡ ὀδύνη, καὶ τὰ ἕξια; οἷς μὲν τισὶ σταλέναις

exustis (siquidem me paulò post eremare decreuistis) nihil opus fore, nec ad tenebras, nec ad lumen aspiciendum. Atque hæc fortassis A vtcunque sunt ferenda. Verùm eiulatus ille vester, quid prodest mihi? aut quid planctus pectorum ad tibiæ modos? aut quid mulierum immodica lamentatio? quid-ue saxum coronis ornatum B quod sepulchro imponitur? aut quid valet, quod merum infunditis? Num putatis illud ad nos destillaturum, & ad Orcum vsque permeaturum? Nam de parentalibus, C ipsi quoque ni fallor, videtis quod ex apparatu potissimũ ad nos redire debuerat, id fumo correptum, sursum in cœlum abire, neque quicquam iuuare nos qui in inferis degimus. Porrò quod D supereſt, puluis est inutilis, nisi creditis nos cinere vesci. Non est vsque adeò sterile, & infrugiferum Plutonis regnum: neque nos destituit asphodelus, vt à vobis cibos huc deportemus. Itaque per E Tisiphonen iuro, iamdiu mihi subibat, ea quę faciebatis, & dicebatis, cachinno excipere: sed prohibebat linteũ ac lanæ, quibus mihi fauces obligastis. Atque ita pro-

ἀπορίξαι. ὡς ἄρα μὴ ὃ-

πόντα, τέλος θανάτοιο κάλυψε.
πρὸς Διὸς ἦ, αὖ λέγῃ ταῦτα ὁ
νεκρὸς ἐπιστραφείς, ἀνακλίνας
αὐτὸν ἐπ' ἀγκῶνος, ἢ κἂν οἰώ-
μεθα διημάρτηκε δι' αὐτὸ εἰ-
πεῖν, ἀλλ' ὅμως οἱ μάταιοι καὶ
βοῶσι. καὶ μετάσειλάμψοί τι-
να θρηνῶν σοφιστήν, πολλὰς συ-
μπεπλεγμένα παλαιὰς συμφο-
ρὰς, τούτῳ συναγωνιστὴν, καὶ
χορηγῷ τῆς αὐδῆς καταχεόν-
τα, ὅποι ἂν ἐκεῖνος ἄρχῃ,
πρὸς τὸ μέλος ἐπαιάζοντες.
καὶ μέχρι μὲν θρηνῶν, ὁ αὐ-
τὸς ἅπασι νόμος τῆς ἀβελτηρί-
ας. τὸ δ' ἀπὸ τούτων, διελόμε-
νοι κατ' ἔθνη τὰς ταφὰς, ὁ μὲν
Ἕλλην, ἔκαυσεν. ὁ δὲ πέρσης,
ἔθαψεν. ὁ δ' ἰνδὸς, ὑάλῳ περι-
χρίει. ὁ δὲ σκύθης, κατεδαίει. τα-
ριχεύει δὲ ὁ αἰγύπτιος. ἔστι μέν-
τοι, λέγω δ' ἰδὼν, ξηράνας τὸ νε-
κρὸν, σωδεπνον, καὶ συμποτὸν
ἐποιήσατο. πολλάκις δὲ καὶ
δεομένῳ χρημάτων αὐδεὶ αἰ-
γυπτίῳ, ἔλυσε τὴν ἀποφάν, ἐ-
νέχυρον ἢ ὁ ἀδελφὸς, ἢ ὁ πατὴρ
ἡμόμνυτο ἐν κειρῷ. χώματα
μὲν γὰρ, καὶ πυραμίδες, καὶ στή-
λαι, καὶ ἐπιγράμματα, πρὸς
ὀλίγον διάκεινται· πῶς οὐ
παιδιᾶς ἄξιον ἐστὶ, καὶ παιδιᾶς
εἰκότα; καίτοι καὶ ἀγῶνας

fato mors vltima lumina
clausit. At per Iouem, si
mortuus hæc dicat re-
uersus, in cubitum reclina-
tus, annon rectissimè di-
xisse videbitur? Attamen
hi stolidi vociferantur, & A
accersito lamentorum arti-
fice, qui multas calamita-
tes in vnum congerat, hoc
adiutore, & chorago a-
mentiæ vtuntur, vbicunque
cœperit ille, ipsi ad me-
los eiulatu respondentes.
Verùm quantum ad lamen-
tationes attinet, omnibus
eadem est ineptiendi con-
suetudo. At deinceps sepul- B
turæ rationem in varios diui-
dunt modos. Nam græcus
exurit, Persa defodit, In-
dus adipe suillo oblinit, Scy-
tha deuorat, condit Ægy-
ptius. Atque hi quidem (tem C
à me visam natro) deficcatũ
cadauer, conuiuam & com-
potorem adhibet. Fit autem
frequenter, vt Ægyptium a-
liquem indigẽtem pecunia,
liberet egestate oppigneratus in tempore vel frater, vel
pater. Nam tumuli, pyrami- D
des, columnæ, tituli, ad breue tempus duratura, an non
superuacanea, & ludicris simillima? Sũt verò qui ludos
quoque instituerunt, ac fu-

ἔνιοι διέθεσαν, καὶ λόγοις ἐπ-

παρόντες εἶπον ἐπὶ τῷ μνημάτων, ὥσπερ πωλαγορεύοντες, ἢ μαρτυροῦντες, παρὰ τοῖς κάτω δικασταῖς τῷ νεκρῷ. ἐπὶ πᾶσι τούτοις, τὸ περίδειπνον. καὶ πάρεισιν A οἱ παρόντες, καὶ τὸν γονέας παραμυθοῦνται τὸ τετελευτηκότος, καὶ πείθουσι γεύσασθαι ὡς ἂν ἀνάγκη μὰ Δί', οὐδ' αὐτὸν ἀναγκαζομένους, ἀφ' ἧς ἔχει B λιμὸς τελῶν ἑξῆς ἡμερῶν ἀπενθήτους. καὶ μέχρι μέν τινος ὦ ἄνδρες, ὀδυρόμεθα, ἔασον ἀναπαύσασθαι τὸν τῇ μακαρίτου δαίμονας. εἰ δὲ καὶ τοπαράπαν C κλάειν διέγνωκας, αὐτῆς τε τούτου ἕνεκα χρὴ μὴ ἀπόστιτον εἶναι, ἵνα καὶ διαρκέσῃς πρὸς τὸ πένθους τὸ μέγεθος. τότε δὴ τοίνυν πρὸς ἁπάντων ῥαψῳδοῦνται δύο τῶν Ὁμήρου στίχοι. Καὶ γὰρ τὸν κύκλωπα Νιόβην ἐμνήσατο οἴτου. καὶ, Γασέρει δ' ὅπως ἧσι νέκυσι πενθήσαι Ἀχαιούς, οἱ δέ, D ἀπονάσθαι μᾶλλον, αἱρούμενοι τὰ παρόντα, καὶ δεδοικότες, εἰ φανήσονται μὴ τὸ τελευτῶν τὸ φιλτάτων τοῖς ἀνθρωπίνοις πάθεσιν ἐμμένοντες. τοῦτο, καὶ πολὺ τούτων γελοιότερα ἔνεστι τις ἂν ἐπιτηδῶν ἐν τοῖς πένθεσι γιγνόμενα, διὰ τὸ τὸν πολλοὺς τὸ μέγιστον τῶν κακῶν τὸν θάνατον οἴεσθαι. E

nebres orationes ad sepulchrum habuerunt, tanquam patrocinantes, ac testimonium mortuo perhibentes apud judices infernos. Præter hæc omnia, est exequialis cœna. Hic adsunt necessarij, qui defuncti parentes consolantur, suadéntque vti cibum capiant, quanquam non illibenter per Iouem ad id compelluntur illi, quippe perpetuum iam triduum enecti fame. Et quò vsque quæso flebimus? sine quiescant defuncti, manes. Quòd si tibi deliberatum est omnino flere, vel ob hoc ipsum cibus est capiendus, quò tanto luctui par esse possis. Tum denique, tum ab omnibus duo versus Homerici recitantur.

Nanque cibi meminit Niobe formosa capilli.

Item.

Nan lugere sinit defunctum venter Achiues.

At capiunt quidem illi, sed initio pudibundi, verentésque ne post charissimorum obitum videantur adhuc affectibus humanis obtemperare. Hæc, atque his longè magis ridicula reperiet, quisquis obseruarit ea quæ fiunt in luctu: propterea quòd vulgò existiment, mortem summum esse malum.

ΡΗΤΟΡΩΝ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ. RHETORVM PRÆCEPTOR.

ARGVMENTVM.

Oratio didascalica est. Duas vias ad eloquentiam adolescenti præscribit: priorem quidem asperam & prælongam, sed veram & rectam, quam etiam ad virtutem parandam ingredi opus est: alteram breuem ac facilem, sed qua ad improbitatem perducat: quam ironica quadam epitrepe obeundam adolescenti proponit. Scilicet alludit ad suorum temporum mores, quibus vt quisque indoctissimus & impudentissimus erat, ita pro præclaro habebatur. Vtrique autem viæ doctorem addit, & fingit.

ΡΩΤΑΣ ὦ μειράκιον ὅπως αὖ ῥήτωρ γένοιο, καὶ τὸ σεμνότατον τοῦτο, καὶ παύσημον ὄνομα, σοφιστὴς αὐτὸς εἶναι δόξῃς. ἀδύνατα γὰρ εἶναί σοι φῶ, εἰ μὴ τοιαύτην πρὸ ἢ δυώμαν περιβάλλοιο ἐν τοῖς λόγοις, ὡς ἄμαχον εἶναι, καὶ ἀνυπόστατον, καὶ θαυμάζεσθαι παρὰ ἁπάντων, καὶ ἀποβλέπεσθαι, περιπόδιστον ἄκουσμα τοῖς Ἕλλησι φθεγγόμενον. καὶ δὴ τὰς ἐπὶ τοῦτο ἀγούσας ὁδοὺς, αἵτινές ποτέ εἰσιν ἐθέλεις ἐκμαθεῖν. ἀλλὰ οὐ σὲ φθόνος

CIscitaris adolescẽs, quo pacto Rhetor euadere, & venustissimũ illud, vulgóque celebratum nomen, Sophista ipse censeri possis. Vitalem enim tibi vitam fore negas, ni talem quandam in dicendo vim assequaris, qua sis inexpugnabilis, & inuictus, omnibúsque admirandus, & suspiciendus, & celeberrimo nomine apud Græcos dignus videare. Ideo vias eò perducentes, quænam tandem sint, addiscere cupis. Quod non

ὦ παῖ, καὶ μάλιστα ὁπόταν νέος τις
ἀυτὸς ὢν, ὀρεγόμενος τῶν ἀρίστων, ὡς εἰδὼς ὅτεν ἂν ταῦτα
ἐκπορίσαιτο, ἱεροῦ τινος χρήματος ἢ
συμβολῆς οὔσης, καθάπερ νῦν
σὺ τοῦτο αὐτοῖν παρεσκεύασαι.
ὥστε ἄκουε τοίνυν ἐπ' ἐμοί. καὶ
παύου θαῤῥῶν, ὡς μάλιστα δεινὸς ἀνὴρ ἔσῃ γνῶναί τε τὰ δέοντα, καὶ ἑρμηνεῦσαι αὐτὰ, ἢν
τὸ μὲν τοῦτο ἐθελήσῃς αὐτὸς
ἐμμένειν, οἷς ἂν ἀκούσῃς παρ' ἡμῶν, καὶ φιλοπόνως αὐτὰ μελετᾷν, καὶ παρὸν μὴ αὐτὸν ἢ ὁδὸν, ἧς ἂν ἀφίκῃ πρὸς τὸ τέρμα. τὸ μὲν γὰρ τέρμα, ὦ σμικρόν, οὐδὲ ὀλίγης ἢ ἀπονοίας δεόμενον, ἀλλὰ ἐφ' ὅτῳ καὶ πονῆσαι πολλὰ, καὶ ἀγρυπνῆσαι, καὶ παῖ ὁπωσοῦν τοῦτο ἐκπονεῖναι ἄξιον. σκόπει γοῦν ὁπόσοι τῶν μηδὲν ὄντες, ἔνδοξοι, καὶ πλούσιοι, καὶ νὴ Δί' εὐγλωττότατοι ἐδόξαν ἀπὸ τῶν λόγων. ὅμως δ', μὴ δεδιὼς, μὴ δὲ πρὸς τὸ μέγεθος τῶν ἐλπιζομένων ἀποδυσπετήσῃς, μυρίους πονους τοὺς πόνους προπονήσειν οἰνδεές. οὐ γάρ σε τραχεῖαν τινα, οὐδὲ ὄρθιον, καὶ ἰδρῶτος μεστὴν ἡμεῖς γε ἀξόμεθα, ὡς ἐκ μέσης αὐτῆς ἀναστρέψαι κάμοντα, ἐπεὶ οὐδὲν ἂν διαφέροιμι

inuideo, adolescens: in primis cùm tu ætate iuuenili, rerum optimarum cupidus, nescius vnde has compares, consilium quæ res est sacra, petiturus me adiisti. Audi igitur quantum vtique in me situm est, atque admodum bono animo, quò facultatẽ summam adipiscaris, & quæ sint necessaria cognoscendi, eáque eloquendi, si posthac ijs quæ ex me audieris, acquiescere volueris, eáque assiduo labore exercere, & alacriter viam capessere, dũ ad metam perueneris. Cæterùm rem non exiguam captas, quæ non mediocri studio indiget, sedpro qua multos labores, multáque vigilias subire, ac quiduis sustinere conuenit. Considera igitur quàm multi qui antè nullius erant pretij, ob dicendi facultatem clari, diuites, ac per Iouem nobilissimi visi sint. Atqui ne timeas, neque ob speratorum magnitudinem desperes, ratus infinitos labores tibi perferendos. Non enim te per asperam, neque per arduam, ac sudoris plenã viam ducemꝰ, vt ex media fessus regrediaris: siquidem nihil ab alijs differremus, qui per cõsuetã

τῶν ἄλλων, ὅσοι τὴν συνήθη

ἐκεῖνῶν ἡγεῖῶται, μακρὰν, καὶ
αὐαντη, καὶ καματηρὰν, καὶ
ὡς τὸ πολὺ ἀπεγνωσμένην.
ἀλλὰ τόγε παρ' ἡμῶν ἐξαίρε-
τον ἡ συμβουλῆς, τοῦτο ἔστιν, A
ὅτι ἡδίστην τε ἅμα, καὶ ἐπι-
τομωτάτην, καὶ ἐυσπλα-
τον, καὶ καταστη σὺν πολλῇ
τῇ ξυμμετρίᾳ, καὶ τερυφῇ, δια
λειμώνων ἐυανθῶν, ἢ σκιερᾶς B
ἀκεμβούς, ἀβλῆ, καὶ βρά-
δεως ἀνιόν, ἀνιδρωτὶ ἐπι-
σήση τῇ ἄκρᾳ, καὶ ἀχρεύ-
σεις οὐκαμών· ἢ νὴ Δί' ἐυω-
χήση κατακείμενος, ἐκείνοις, C
ὁπόσοι τῶν ἑτέρων ἑξάπαντος
ἀπὸ τῆς ὑλῆς ἐπισκοπῶν
ἐν τῇ ἐπαφείᾳ τῆς ὁδοῦ.
ἔτι κὴ δυσβάτων, ἢ ὀλισθη-
ρῶν τῶν κρημνῶν μόλις ἀέρ-
ποντας, ἀποκυλιομένοις ἐπὶ
κεφαλὴν ἐνίοτε, ἢ πολλὰ
βαύματα λαμβάνοντας περὶ
βαχείαις τῆς πέτρας. σὺ δ'
ὥσπερ πολλῷ ἄνω ἐστεφανωμέ-
νος, ἐυδαιμονήσας τος ἔσῃ, ἅπαν- D
τα ἐν βραχεῖ ὅσα ἔστιν ἀγαθὰ
παρὰ τῆς ῥητορικῆς μονονυχὶ
καθεύδων λαβών. ἢ μὴ δὴ ἐπόχ-
θησῃς, ἢ τῷ μεγάλῃ. ἀλλὰ σφῷν
φιλίᾳ Διὸς μὴ ἀπιστήσῃς, εἰ ῥᾴ-
δια τε ἅμα, καὶ ἡδιὰ σοι ταῦτα
ἐπιδείξειν φαμέν. εἰ γὰρ Ἡσίοδος μὲν ὀλίγα φύλλα ἐν τῇ

illam deducunt, longam, acclivem, laboriosam, atque vt plurimum desperatam: Sed nostri consilij præcipuum hoc est, vt per iucundissimam pariter, & compendiosissimam facilémque ac decliuem viam, cum multa animi voluptate, delicijsque per florida prata, exquisitámque vmbram, quieto, placidóque gressu conscendens, absque sudore summo insistas vertici, & veneris indefessus, ac per Iouem, epuleris discumbens, ac illos qui per aliam incedunt viam in ascensus cliuo ab edito despicias, adhuc per confragosa, & lubrica præcipitia, vix surrepentes, ac nonnunquam in caput deuolutos, multâque vulnera cautium asperitate accipientes. Tu verò multò antè in summo coronatus, fœlicissimus eris, breui vniuersa quæ à Rhetorica promanant bona, propemodum dormiendo consequutus. Hæc vtique promissio est admodum magna: verùm per Iouem amicitiæ præsidem, ne diffidas, si facillimè pariter, & iucundissimè hæc tibi nos demõstraturos affirmamus. Si enim Hesiodus cùm pauca ex Helicone

Ελικῶνος λαβών, αὐτίκα μάλα ποιητὴς ἐκ πεπλάνος κατέστη, καὶ ἡδὺ ἆσεν, καὶ ἡρώων γένη, κατοχος ἐκ μούσων γλυκύπικρος, ῥητορεία ὦ, ὃ πολὺ ἔνερθε τῆ ποιητικῆς μεγαληγορείας ὄζυν, ἐν βραχεῖ καταμηνθῆναι ἀδύνατον, εἰ τις ἐκμάθοι τὴν ταχίστην ὁδόν; ὡς ἔγωγε καὶ διηγήσαιτό σοι βούλομαι Σιδωνίου τινὸς ἐμπόρου σύνοιαν, δι' ἀπιστίαν ἀτελῆ γνωμύλιον, καὶ τῷ ἀκούσαντι ἀόκνητον. ἦρχε μὲν γὰρ ἤδη Ἀλέξανδρος Πέρσῶν, μετὰ τὴν ἐν Ἀρβήλοις μάχην, Δαρείου καθαιρήσας. ἔδει δὴ πανταχόθεν τῆς ἀρχῆς διαδεῖν τὸν γραμματοφόροις, τὰ ὑπαγόμενα τῷ Ἀλεξάνδρου κομίζοντας. ἐκ Περσῶν δή, πολλὴ ἐς Αἴγυπτον ἐλήλυθεν ἡ ὁδός. ἐκπερᾶσαι γὰρ ἔδει τὰ ὄρη. εἶτα διὰ τῆς Βαβυλωνίας, εἰς τὴν Ἀραβίαν ἐλθεῖν. εἶτα ἐξημέρων πολλὰ ἐλάσαντας, ἀφικέσθαι ποτὲ μόλις ἐς Αἴγυπτον, εἴκοσι μυριάσιν ἀνδρῶν εὐζώνων σταθμοὺς τούτους διανύσαντα. ἤχθετο οὖν Ἀλέξανδρος ἐπὶ τούτῳ, διότι Αἰγυπτίοις τι παρακινεῖν ἀκούων, ὃν εἶχε διατελέων ἀπέμπειν τοῖς σατράπαις

folia accepisset, protinus ex pastore poëta euasit, & numine Musarum afflatus, Deorum & Heroum genus decătauit, an Rhetorem, qui est multo infra poëtices magniloquentiam, breui euadere erit impossibile, ei qui compendiosissimam viam didicerit? Itaque ego tibi narrare volo Sidonij cuiusdam mercatoris consilium, quod ob incredulitatem imperfectum, ac audienti inutile remansit. Imperabat iã Persis Alexãder, cùm pugna Arbelis commissa Darium profligasset: ac oportebat vndique per imperium tabellarios disponere, qui Alexandri ferrent edicta. Erat verò ex Persis longissima in Ægyptum via: siquidem montes circũire oportebat, hinc per Babyloniam in Arabiam venire, tandem peragratis longis desertis vix tãdem in Ægyptum peruenire. Quod viginti longissimarum statiuarum iter homo expeditus vigesimo die confecisset. Id ægrè ferebat Alexander, quoniam audiebat Ægyptios nonnihil tumultuari, nec habebat quo pacto quæ sibi agenda viderentur, Satrapis celeriter significaret.

τὰ δοκοῦντά οἱ περὶ αὐτῶν,

τότε ἦν ὁ Σιδώνιος ἔμπορος, ἐγώ σοι ἔφην ὦ βασιλεῦ ὑπισχνοῦμαι δείξειν ὁδὸν, ἣ πολλῷ ἂν Πρόσω εἰς Αἴγυπτον. εἰ γάρ τις ὑπερβαίη τὰ ὄρη ταῦτα, ὑπερβαίη δ' ἂν τεταῖος, αὐτίκα μάλα ἐν Αἰγύπτῳ οὗτος ἔσται. καὶ εἶχεν ὕτω. πλὴν ὅγε Ἀλέξανδρος, ὡς ἐπίστευσεν, ἀλλὰ δόκησιν εἶναι τὸν ἔμπορον ᾤετο. οὕτω τὸ παράδοξον τῆς ὑποσχέσεως ἄπιστον ἐδόκει τοῖς πολλοῖς. ἀλλὰ μὴ σύγε πάθῃς τὸ αὐτό. ἔστι γὰρ πειρώμενός σε οὐδέν σε κωλύσει ῥήτορα δοκεῖν μᾶλλον οὐδ' ὅλης ἡμέρας, ὑπερπεραθέντα τὸ ὄρος ἐν Πρόσω εἰς Αἴγυπτον. ἐθέλω δέ σοι φράσαι ὥσπερ ὁ Κέβης ἐκεῖνος, εἰκόνα γραφόμενος τῷ λόγῳ, ἑκατέραν ὑποδείξαι τὴν ὁδόν. δύο γάρ ἐστον, αἱ φέρεις τὴν ῥητορικὴν ἄγετον. ἣν ἐρᾷν οὐ μετρίως μοι δοκεῖς. καὶ δῆτα, ἡμῖν, ἐφ' ὑψηλοῦ καθήσθω, πάνυ καλή, καὶ εὐπρόσωπος, τὸ τῆς Ἀμαλθείας κέρας ἔχουσα ἐν τῇ δεξιᾷ, παντοίοις καρποῖς ὑπερβρύον. ἐν θατέρᾳ δέ, μοι δοκεῖ τὸν πλοῦτον παρεστῶτα ὁρᾶν, χρυσοῦν ὅλον ὄντα, καὶ ἐπέρχεσθον. καὶ ἡ δόξα ὦ, καὶ ἡ ἰσχὺς παρέστωσαν, καὶ

Tum mercator Sidonius, Ego rex, inquit, viam haud longam ex Persis in Ægyptum, me tibi ostensurum polliceor. Etenim si quis hos montes superarit, superarit autem triduo, confestim in Ægypto erit. Et sic se res habebat: verùm Alexander non credidit: sed deceptorem esse mercatorē existimauit. Ita quamplurimis promissiones admirandæ incredibiles videntur. Sed caue idem tibi accidat. Etenim experientia cognosces, quòd nihil prohibebit te Rhetorem censeri, vno neque integro die, mōtem ex Persis in Ægyptum transgressum. Cæterùm volo tibi, quemadmodum Cebes ille, primùm imaginem sermone describere, qua viā vtramque ostendam (Etenim duæ sunt, quæ ad Rhetoricam perducunt) quam nō mediocriter amare mihi videris. Illa itaque in eminenti solio sedet: admodum formosa, & aspectu eleganti, dextra tenens Amaltheæ cornu fructibus scatens omnifarijs. In altera verò puta te Diuitias videre adstantes, prorsus aureas, & amabiles. Adsint etiam Gloria & Potentia circum ipsam verò laudes permultæ,

ἔρωσι μικροῖς ἐοικότες, πολλοὶ ἀπανταχόθεν περιπλεκέσθωσαν ἐκπετόμενοι, εἴ που τὸν Νεῖλον εἶδες γραφῇ μεμιμημένον. αὐτὸν μὲν, κείμενον ἐπὶ χρυσοδείλου πηγοῦς, ἢ ἱπποποτάμου, οἷον οἱ πολλοὶ γράφουσιν ἐν αὐτῷ. μικρὰ δέ τινα παιδία παρ' αὐτὸν παίζοντα. πάντες αὐτὸν οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσι. τοιοῦτοι καὶ περὶ τὸν ῥητορικὸν οἱ ἔπαινοι. σοφόν σὴ αὐ ὁ ἔρως ἐστὶν, ἐπιθυμῶν σφόδρα σὲ ἐπτάχησε γυέσθαι ἐπὶ τῆς ἄκρας, ὡς γαμήσειάς τε αὐτὴν ἐλθὼν, καὶ πάντα ἐκεῖνα ἔχοις, τὸν πλοῦτον, τὴν δόξαν, τοὺς ἐπαίνους. νόμῳ γὰρ ἅπαντα γίγνεται τοῖς γεγαμηκόσιν. εἶτα ἐπειδὰν πλησιάσῃς τῷ ὄρει, τὸ μὲν σφοδρὸν, ἀπομηχανᾶσθαι τὴν ἀνοδον, ἢ τὸ σφάγμα ὅμοιόν σοι εἶναι δόξει, οἷα ἡ Λορνος ἐφάνη τοῖς Μακεδόσιν, ἀπόξυρον αὐτὴν ἀπανταχόθεν ἰδοῦσιν; ἀτεχνῶς οὐδὲ ὀργείοις ἐπιπλέναι ῥᾴδιον, Διονύσου πηοῦς, ἢ Ἡρακλέοις εἰ μέλλοι καθαιρεθήσεσθαι δεομένοις. ταῦτά σοι δόξει τὸ σφοδρὸν. εἶτα μετ' ὀλίγον, ὁρᾷς δύο πατὰς ὁδοὺς, μᾶλλον δ', ἢ μὴν, ἀσφαλὴς ὅδε τις ἐστὶν, καὶ ἀναπεπταμένος, καὶ βαχεῖα, πολὺ τὴ

paruis amoribus similes inuoluantur volitantes vndique instar Nili, si aliquando depictum illum vidisti, crocodilo alicui, vel equo fluuiatili insidentem, sicuti in eo plerique depingunt: paruos autem puerulos, quos Ægyptij Peches vocant, circum ipsum lusitantes: tales & circum Rhetoricam laudes. Tu verò amator accedis, desiderans scilicet quàm celerrimè in summum euadere, vt quum ascenderis, eam vxorem ducas, illáque omnia habeas, diuitias, gloriam, laudes, lege enim cuncta fiunt mariti. Inde quum appropinquaris monti, initio quidem desperabis, eáque res tibi videbitur, qualis Macedonibus apparuit Aornus, eam vndique præruptam conspicantibus, & vix auibus transuolatu facilem: Baccho aliquo, vel Hercule si subruenda foret, indigentem. Et ita initio tibi videbitur. Deinde paulò pòst, duas cernes vias. Vel potiùs, altera est semita angusta, spi nosa, aspera, multum

δίψος ἐμφαίνουσα, καὶ ἱδρῶτα. καὶ ἔφθη γὰρ ἤδη Ἡσίοδος, εὖ μάλα ἐπιδείξας αὐτό. ὥστε οὐδὲν ἐμὲ δεήσει. ἡ ἑτέρα δ', πλατεῖα, καὶ ἀνθηρὰ, καὶ εὐυδρος, τοιαύτη, οἵαν μικρῷ πρόσθεν εἶπον. ἵνα μὴ καὶ τὰ αὐτὰ λέγων πολλάκις, ἐπέχω σε ἤδη ἐπιτρέπειν εἶναι δυνάμενον. πλὴν τό γε τοσοῦτο προσδήσειν μοι δοκῶ, ὅτι ἡ μὲν βαχεῖα ἐκείνη, καὶ ἀνάπτης, οὐ πολλὰ ἴχνη τῶν ὁδοιπόρων εἶχεν. ἡ δὲ πίνα, πάνυ παλαιά. καὶ ἔγωγε κατ' ἐκείνην ἄθλιος ἀνήλθον, τοσαῦτα κάμνων, ἃ δὲν δέον. ἡ ἑτέρα δ', ἅτε ὁμαλὴ οὖσα, καὶ ἀγκύλον οὐδὲν ἔχουσα, πόρρωθέν μοι ἐφαίνη, οἷά ἐστιν, οὐχ ὁδεύσαντι αὐτῇ. οὐ γὰρ ἐώρων νέος ἔτι ὢν τὸ βέλτιον. ἀλλὰ τὸν ποιητὴν ἐκεῖνον ἀληθεύειν ᾤμην, λέγοντα ὡς τῶν πόνων φύεσθαι τὰ ἀγαθά. τάδ' ὧν εἶχεν οὕτως. ἀπορῶ γοῦν ὁρῶ τοὺς πολλοὺς μείζονων ἀξιουμένους, εὐμοιρίᾳ τῆς αἱρέσεως τῆς τῶν λόγων, καὶ ὁδῶν. ἐπὶ δ' οὖν εἰς τὴν ἀρχὴν ἀφικόμενος, εὖ οἶδα ὅτι ἀπορήσεις. καὶ ἤδη ἀποχρεῖς ὁ ποτέρᾳ χρὴ βαπτέον. ὡς οὖν ποιήσας ἤδη, ῥᾷστα ἐπὶ τὸ ἀκρότατον ἀναβήσῃ, καὶ εὐδαιμονήσεις, καὶ

sitis ac sudoris præ se ferens; quam iam antea Hesiodus scitè ostendit, ita vt mei nihil indigeas. Altera verò lata est, florida, irrigua, qualem paulò antè dixi: ne eadem sæpius repetens, te qui iam Rhetor esse potes, detineam. Tantùm hoc addendum videtur: nempe asperam illam, & arduam non habere multa viatorum vestigia: sed si aliqua, ea valdè vetusta. Per illam ego miser ascendi, tantum laborans cùm haud necesse esset. Altera verò vndique plana, nihilque habens cõfragosi, mihi non calcata, è longinquo apparuit, qualis sit. Haud enim cùm adhuc iuuenis essem, quid optimum foret, cernebam: sed poëtam illum vera loqui existimabam, dicentem, Ex laboribus germinare bona. Illud verò minimè sic se habebat. Multos enim video absque labore in maiorẽ dignitatẽ euectos, fœlici orationum & viarũ electione. Quum verò ad initium perueneris, probè noui te hæsitaturum. Iámque dubitas ad vtram sit vertendũ. Quid igitur iam tibi faciendum sit vt facillimè ad summum ascendas, fortunatus euadas,

γαμήσεις, καὶ θαυμαστὸς πᾶσι δόξεις, ἐγώ σοι φράσω. ἱκανὸν γὰρ τὸ ἐαυτὸν ἐξαπατηθῆναι, καὶ πονῆσαι. σοὶ δ', ἄπορα, ἢ ἀνήροτα φύεται πάντα, καὶ ἀτιμα ὥσπερ τῷ Κρόνου. ζυγὸς οὐ A
πρόσεισί σοι κάρτερός τις ἀνὴρ, ὑποπλήρης, ἀνδρώδης τὸ φρόνημα, πολὺν τὸν ἥλιον ὑπὸ τῷ σώματος δεικνὺς, ἀρρενωπὸς τὸ βλέμμα, ἐγρηγορὼς, τῆς B
βαχείας σκιᾶς ὁδοῦ ἡγεμών, λήρους τινὰς ὁμάτιος διεξιών, ὥσπερ σὲ ἕπεσθαί οἱ παρακελευόμενος, ὑποδεικνὺς τὰ Δημο- C
σθένους ἴχνη, καὶ Πλάτωνος, καὶ ἄλλων τινῶν, μεγάλα μὲν, καὶ ὑπὲρ τὸν νοῦν, ἀμαυρὰ δ' ἤδη, καὶ ἀσαφῆ τὰ πολλὰ ὑπὸ τοῦ χρόνου. καὶ φησὶν εὐδαίμονά σε ἔσεσθαι, καὶ γάμῳ γαμήσειν τὴν ῥητορικὴν, εἰ κατ' τούτων ὀλισθήσειας, ὥσπερ οἱ ἐπὶ τὰ D
κάλων βαίνοντες. εἰ δ' κἂν μικρόν τι παραβαίης, ἢ ἔξω τῆς εὐθείας, ἢ ἐπὶ θάτερα E
μᾶλλον κλιθείης τῇ βάσει, σκηπτεῖσθαί σε τῆς ὀρθῆς ὁδοῦ, καὶ ἀγούσης ἐπὶ τὸν γάμον. εἶτά σε κελεύσει ζηλοῦν σκιάγους τοὺς ἀρχαίους ἀνδρας, ξύλα παράδειγματα παραπ-

vxorem ducas, & admirabilis omnibus videaris, ego tibi expediam. Satis enim est me ipsum deceptum esse, & laborasse. Tibi verò nec sata, nec culta; tanquam Saturni tempore, omnia proueniant. Confestim igitur accedet ad te, vir quidam robustus, subdurus, gressu virili, multum solis in corpore ostendens, aspectu masculo, vigilans, asperæ illius viæ dux, nugas quasdam ineptus narrans, vt se sequaris cohortans, Demosthenis, Platonis, & aliorum quorundam vestigia demonstrans, magna quidem, ac præsentibus maiora, sed iam obscura, & pleraque tempore obliterata. Addet te beatum fore, ac lege nupturam tibi Rhetoricam, si per illa incesseris, velut qui super funes gradiuntur: si verò vel tantillum transgrediaris, vel extra rectum tramitem, aut in alteram partem magis inclines incessu, te à recta via, & ad nuptias deducente aberraturum. Inde te priscos illos viros imitari iubebit, inutilia orationum proponens exẽpla, nec imitatu facilia, qualia

δείς τῶν λόγων, οὐ ῥᾴδια μιμεῖσθαι, οἷα τὰ τῆς

παλαιᾶς ἐργασίας ἐστὶν, Ηγησίου, καὶ τῶν ἀμφὶ Κράτητα, καὶ Νησιώτου, ἀπέσφιγμένα, καὶ νευρώδη, καὶ σκληρὰ, καὶ ἀκριβῶς ἀποτετραμμένα τὰς γραμμάς. πόνον δ', καὶ ἀγρυπνίαν, καὶ ὑδατοποσίαν, καὶ τὸ ἁλίπαρες, ἀναγκαῖα ταῦτα, καὶ ἀπερίφραστα φησὶ. ἀδύνατον γὰρ εἶναι ἄνευ τούτων διανῦσαι τὴν ὁδόν. ὃ δὴ πάντων ἀνιαρότατον, ὅτι σοι καὶ τὸν χρόνον παμπολὺν ὑποχαλᾷ τῆς ὁδοιπορίας, ἔτη πολλὰ, καὶ κατ' ἡμέρας, οὐ κατ' ἐνιαυτοὺς, ἀλλὰ κατ' ὀλυμπιάδας ὅλας ἀριθμῶν, ὡς περαποκαμεῖν τὸν ἀκούοντα, καὶ ἀπαρρεῦσαι, πολλὰ χαίρειν φράσαντα τῇ ἐλπιζομένῃ ἐκείνῃ εὐδαιμονίᾳ. πρὸς δὲ τούτοις, οὐδὲ μισθοὺς ὀλίγους ἀπαιτεῖν τῶν τοιούτων κακῶν. ἀλλὰ ὃν ἂν ἡγήται τὸ σοὶ, εἰ μὴ μεγάλα πρότερον λάβοι. ὁ μὲν, ταῦτα φήσει, ἀλαζὼν, καὶ ἀρχαῖος ὡς ἀληθῶς, καὶ χρονικὸς ἀνθρωπος, νεκροὺς εἰς μίμησιν παλαιοὺς προτιθεὶς, καὶ ἀνορύττειν ἀξιῶν λόγους πάλαι κατορωρυγμένους, ὡς τι μέγιστον ἀγαθὸν, μαχαιροποιὸν ἢ ὄν, καὶ ἄλλον ἀνδριάντων τινὸς γραμματοῦ, ζηλοῦν ἀξιῶν.

vetustæ sunt constructionis, Hegesij, Cratetis, & Nesiotæ, constricta, neruosa, dura, lineísque accuratè producta. Laborem autem, vigilias, aquæ potum, & squalorem, hæc omnia necessaria, & ineuitabilia dicet: cùm sine ijs viam conficere sit impossibile. Et quod omnium molestissimum, lõgum peregrinationis tempus tibi præscribet, annos multos: non per dies, non per triennia, sed per integras Olympiades numerans: adeò vt hoc audiendo ante laborem defatigeris, animúmque despondeas, illa fœlicitate sperata longum valere iussa. Insuper non paruam horum malorum mercedem reposcet: sed neque dux esse incipiet, quin priùs magna dona acceperit. Hic quidem, dicet ista, superbus, & reuera priscus, ac ætate desipiens homo, mortuos veteres ad imitationem proponens, & iampridem defossas orationes eruere dignum censens: ac si gladiarij fabri, vel intrepidi grammatistæ filium vellet imitari: id-

καὶ ταῦτα, ἐν εἰρήνῃ μήτε Φιλίππου σπόντος, μήτε Ἀλεξάνδρου σπατάλοντος. ὅπου τὰ ἐκείνων τέως ἐδόκει χρήσιμα, ἂν εἰδῶς ὁποῖα νῦν κεκαινοτόμηται, ταχεῖα, καὶ ἀπράγμων, καὶ ἐς τὸ εὐθὺ τῆς ῥητορικῆς ὁδός. σὺ δὲ μήτε πείθου, μήτε προσέχειν αὐτῷ, μή σε ἐπιταχυνθείσῃ που παραλαβὼν, ἢ τὸ τελευταῖον, προμεράσαι τοῖς πόνοις παρασκευάσῃ. ἀλλὰ εἰ πάντως ἐρᾷς, καὶ τάχιστα ἐθέλεις τῇ ῥητορικῇ συνεῖναι, ἀκμάζων ἔτι, ὡς καὶ συνδάζοιο πρὸς αὐτῆς, ἴδι τῷ μὲ δασεῖ τούτῳ, καὶ πέραν τὰ μετέωρα αὐθεικῶν, μακρὰ χαίρειν λέγε, ἀναβαίνειν αὐτὸν, καὶ ἄλλους, ὁπόσους ἂν ἐξαπατᾷν δύνηται αὐθάγειν, καταλιπὼν ἀθυμαίνοντας, καὶ πολλῷ ἰδρῶτι σωζομένους. πρὸς δὲ τίνι ἑτέραν ἐλθὼν, εὑρήσεις πολλοὺς καὶ ἄλλους. ἐν τούτοις δή, καὶ παίσοφόν τινα, καὶ πάγκαλον ἄνδρα, διασεσαλευμένον τὸ βάδισμα, ὑπεκλασμένον τὸν αὐχένα, γυναικεῖον τὸ βλέμμα, μελιχρὸν τὸ φώνημα, μύρων ἀπτόμενον, τῷ δακτύλῳ ἄκρῳ τὴν κεφαλὴν κινοῦντα. ὀλίγας μὲν ἔτι, οὐλὰς δή, καὶ ὑακινθίνας τὰς

que in pace, neque Philippo ingruente, neque Alexandro imperante. Quo tempore illorum sermones visi sunt vtiles, ignorans qualis nunc inuenta sit noua, breuis, facilis, rectáque ad Rhetoricam via. Sed tu nec credas, nec attendas ipsi, ne te alicubi acceptum præcipitet, vel demum, priusquam tot labores exhauseris, in fenium perducat. Sed si omnino amas, víscque breui cum Rhetorica congredi, adhuc vigens, ita vt ab ipsa redameris, aspero huic homini, & immodicè virili, longum valere dicas, & ascendat ipse, aliósque quotquot poterit decipere, sursum ducat, quos anhelantes, & multo sudore perfusos destituat. Quum verò ad alterum viam veneris, complures alios, atque inter hos perquam sapientem, & perpulchrum inuenies virum, molli incessu, ceruice infracta, vultu effœminato, voce suaui, vnguenta spirantem, summo digito caput scalpentem: capillos quidem paucos adhuc, crispos tamen, & hyacinthinos

πείχας ἐυθετίζοντα, παλαβρόν τινα Σαρδαναπαλον, ἢ Κινύραν, ἢ αὐτὸν Ἀγάθωνα, τὸν τῆς βαθυλλίδος ἐκεῖνον ποιητήν. λέγω γὰρ ὡς ἀπὸ τούτων γνωρίζοις ἂν τὸν, μὴ δέ σε οὕτω θεατέον, καὶ φίλον Ἀφροδίτῃ καὶ χάρισι, δηλαδὴ. καίτοι τί φημι; κἂν εἰ μύοντι γάρ σοι προσελθὼν εἴποι τι, τὸ ὑμήττιον ἐκεῖνο αὐτίξας τόμα, καὶ τὴν συνήθη φωνὴν ἀφεὶς, μάθοις ἂν ὡς οὐχὶ τῶν καθ' ἡμᾶς τίς ἐστιν, οἱ ἀρρύης καρπὸν ἔδομεν, ἀλλά τι ξένον φάσμα δεῦρο, ἢ ἀμβροσίᾳ τρεφόμενον. τούτῳ τοίνυν προσελθὼν, καὶ παρόδοις σαυτὸν, αὐτίκα μάλα ῥήτορ ἔσῃ, καὶ πρεῖβλεπτος, καὶ ὡς ὀνομάζει αὐτὸς, βασιλεὺς ἐν τοῖς λόγοις ἀπονητὶ καταστήσῃ, τὰ πέδιλα ἐλαύνων τὸν λόγον. διδάξεται γάρ σε παραλαβὼν τὰ πρῶτα μὲν ἐκεῖνα. μᾶλλον δ' αὐτὸς εἰπάτω πρὸς σέ. γελοῖον γὰρ τοιούτου ῥήτορος ἐμὲ ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, φαῦλον ὑποκριτὴν ἴσως τοιούτων, καὶ τηλικούτων, μὴ καὶ συντείνω που πρὸς τὸν ἥρωα, οὗ ὑποκρίνομαι. φαίη μὲν τοιγαροῦν πρὸς σὲ ὧδέ πως ἀπαυθαδιζόμενος ὁπόσον, ὅτε

componentem, perquam delicatum Sardanapalum quendam, vel Cinyram, vel Agathonem ipsum lepidum illum tragœdiæ poëtam. A Hæc ideo refero vt hinc illum cognoscas, ac res tam diuina, Veneríque & Gratijs grata, minimè te lateat. Sed cur hæc dico? Etsi ad te nictantem accesserit, & B aliquid dixerit, Hymettium illud os aperiens, & consuetam vocem emiserit, quamprimum intelliges eũ non esse ex nobis quempiam C qui terræ fruges comedimus: sed peregrinum spectrum, rore vel ambrosia enutritum. Itaque si ad istum accesseris, eíque te tradideris, protinus Orator eris, etiam admirandus: & vt ipse D vocat, rex in orationibus citra laborem euades, orationis moderans quadrigas. Nam te assumptum prima illa docebit. Sed potiùs ipse te alloquatur: fiquidem ridiculum est me pro huiusmodi oratore verba E facere, malum forsitan, talium tantorúmque mimum, ne quem ago heroëm, alicubi lapsus conteram. Te igitur ita compellabit, reliquam adhuc tibi

coma[illegible]

λοιπὸν τὴν κόμην, καὶ ὑπομυλάττων τὸ γλαφυρὸν ἐκεῖνο, καὶ ἁπαλὸν, οἷον εἰώθει, Αὐτοθαλῆν τὴν κωμικὴν, ἢ Μαλθάκην, ἢ Γλυκέραν τινὰ μιμησάμενος τῷ πρέποντι τὸ φθέγματος. ἄχρηστον γὰρ τὸ ἀρρενωπὸν, καὶ οὐ πρὸς ἁβρότητα, καὶ ἐπαγωγίους ῥήτορας. φησὶ δ' οὖν πάνυ μετριάζων ὑπὲρ ἑαυτοῦ, μῶν σε ὦ ἀγαθὲ ὁ Πύθιος ἔπεμψε πρός με, ῥήτορων τὸν ἄριστον πρεσβεύσοντα, ὥσπερ ὅτε Χαιρεφῶν ἤρετο αὐτὸν, εἴδειξεν αὐτῷ ὅστις ἐστὶν ὁ σοφώτατος ἐν τοῖς τότε; εἰ δὲ μὴ τοῦτο, ἀλλὰ κατὰ κλέος αὐτὸς ἥκεις ἀκούων ἁπάντων ὑπερεκπεπληγμένων τὰ ἡμέτερα, καὶ ὑμνούντων, καὶ τεθηπότων, καὶ ὑποπτηξάντων, αὐτίκα μάλα εἴσῃ πρὸς οἷόν τινα δαιμόνιον αὖθις ἥξεις. προσδοκήσεις δὲ μηδὲν τοιοῦτον ὄψεσθαι, οἷον τῶνδε, ἢ τῶνδε παραβαλεῖν. ἀλλ' εἴ τις ἢ Τιτυὸς, ἢ Ὦτος, ἢ Ἐφιάλτης, ὑπὲρ ἐκείνους πάνυ φανεῖταί σοι τὸ πρᾶγμα ὑπέρογκον, καὶ τερατῶδες. ἐπεὶ τούς γε ἄλλους τοὺς τὸν ὑπέρφωνον ὦτα ἐυρήσεις, ὅσον σάλπιγξ τοὺς αὐλοὺς, καὶ οἱ τέττιγες τὰς μελίττας, καὶ οἱ χοροὶ τῶν

comam demulcens, & tenerum illud ac iucundum subridens, vt solet Comicam Thaidem, vel Malthacen, vel Glyceram, blanditia vocis imitatus. Nam asperum est vitile robur, nec ad mollitiem & blanditias oratoris aptum. Dicet igitur de seipso perquam modeste loquens, Num ô bone, te Pythius ad me misit, Rhetorum præstantissimum appellans, vt Chærephonti olim perquirenti ostendit quisnam ex tum viuentibus esset sapientissimus? At si id non est, sed fama commotus venis, quoniam audieris omnes me summopere admirari, celebrare, obstupescere, & reuereri, confestim intelliges, ad quam diuinum virum venias. Expectabis autem te nihil tale visurum, quod cum hoc vel illo compares. Sed veluti aut Tityus aliquis, aut Otus, aut Ephialtes, res omnino supra illos admiranda, & prodigiosa tibi videbor. Siquidem inuenies me alios tantum voce antecellere, quantum tuba tibias, & cicadæ apes, & chori eos qui remisse canunt. Postquam verò & ipse

ἀνιδόντας. ἐπεὶ δὲ καὶ ῥητῶν

αὐτὸς ἐθέλεις γενέσθαι, καὶ τοῦτο οὐκ ἂν παρ' ἄλλου ῥᾷον μάθοις, ἔπου μόνον ὡς κλητίου μέλημα οἷς ἂν εἴπω, καὶ ζήλου πάντα. καὶ τοὺς νόμους, οἷς ἂν ἐπιτάξω χρῆσθαι, ἀκριβῶς μοι παραφύλαττε. μᾶλλον δ' ἤδη προχώρει, μηδὲν ὀκνήσας, μὴ δ' ὁποδεὶς, εἰ μὴ προτετέλεσθαι ἐκεῖνα τὰ πρὸ τῆς ῥητορικῆς, ὁπόσα ἡ ἄλλη παιδεία τοῖς ἀφοσιουμένοις καὶ ματαίοις μετὰ πολλοῦ καμάτου ὁδοποιεῖ. οὐδὲν γὰρ αὐτῇ δεήσῃ. μὴ ἀνίπποις τοῖς ποσὶν, ἢ παροιμία φησὶν, ἔμβαινε, μηδὲν ἔξεων διὰ τοῦτο, οὐδ' ἂν τὸ καινότατον μὴ δ' γράφειν τὰ γράμματα εἰδῇς. ἄλλο γάρ τι πρὸ πάντα ταῦτα ὁ ῥήτωρ. λέξω δ' πρῶτον μὲν ὁπόσα χρὴ αὐτόν σε οἴκοθεν ἔχοντα ἥκειν ἐφόδια πρὸς τὴν πορείαν, καὶ ὅπως ἐπιστήσασθαι, ὡς ἂν τάχιστα διανύσαι δυνηθείης. ἔπειτα καὶ αὐτὸς, ἃ μὲ προϊόντι ἐπιδείκνυε κατὰ τὴν ὁδὸν, ἃ δ' καὶ παρεμπεσὼν πρὸ ἥλιου δύνων, ῥήτορά σε ἤδη τοῦ παίτας ἀποφανῶ, οἷος αὐτὸς εἰμι, ἀναμφιλέκτως τὰ πρῶτα, καὶ μέσα, καὶ τελευταῖα τῶν λέγειν ἐπιχειρούντων ἔχων. κόμιζε τοίνυν τὸ μέγιστον

Rhetor euadere cupis, idque haud facilè ab alio addiscere potes, solùm ô gloriolæ studium, ea quæ dico, sequere, ac omnia imitare: leges quoque quibus vti te iubeo, diligenter obserua. Quin potiùs iam accede nihil cunctatus, nec deterritus, si non fueris ijs initiatus, quæ ante Rhetoricam alia præexercitatio multo labore, stultis & vanis hominibus ad viam patefaciendã proponit. Nullius enim eorum indigebis, Sed quod inquit parœmia, pedibus illotis ingredere, nihilo propterea deterior futurus, non si vel communissimum illud, nempe literas scribere nescias. Nam supra hæc omnia aliud quid est Rhetor. Primùm autẽ dicam, quodnam viaticum ad iter conficiendum, tibi sit domo afferendum venienti, & quomodo parandus victus, quò possis illud quàm celerrimè conficere. Deinde ipse, alia procedenti per viam ostendens, alia verò ante solis occasum admonens, oratorem quouis potiorem te efficiam, qualis ipse sum, qui sine dubio, primas, medias, vltimásque partes teneo eorum qui ad dicendum animum appellunt. Ergo quod

μὴν, πλὴν ἀμαθίαν. εἶτα, θράσος ὅτι τούτοις. καὶ ἄλλως δ, τόλμαν, καὶ ἀναισχυντίαν. αἰδῶ δ, ἢ ὀκνηκειαν, ἢ μετειότητα, ἢ ἐρύθημα, οἷκοι ἀπόλιπε. ἀλχεῖα γὰρ, καὶ ἀνεπιτήδεια τῷ πράγματι. ἀλλὰ μὴν καὶ βοὴν ὅτι μεγίστην, καὶ μέλος ἀναισχυντον, καὶ βάδισμα, οἷον τὸ ἐμὸν. ταῦτα δ' ἀναγκαῖα πάνυ, καὶ μόνα ἔξιν ὅτε ἐκεινα. ἡ ἐσθὴς δ', ἔσω ἐναιθὴς, καὶ λευκὴ, ἔργον τῆς ταραντίνης ἐργασίας, ὡς διαφαίνεσθαι τὸ σῶμα. καὶ ἡ κρηπὶς ἀττικὴ, καὶ γυναικεία τὸ πολυθρύλες. ἡ ἐμβὰς δ' ὀπωνία, πλοις τοῖς λευκοῖς ἐπηφρέπουσα. καὶ ἀκόλουθοι πολλοὶ δ', καὶ βιβλίον ἀεί. ταῦτα μὲν αὐτὸν χρὴ συντελεῖν. τὰ δ' ἄλλα, καθ' ἁδὸν ἤδη προϊὼν, ὄψῃ, καὶ ἄκουε. καὶ δή σοι τοὺς νόμους δίειμι, οἷς χρώμενόν σε, ἡ ῥητορικὴ γνωρεῖ, καὶ προσήσεται, οὐδὲ ἀπεγράψεται, καὶ προσκυεῖ, καθάπερ ἀτέλεστόν τινα, καὶ κατάπορον τῶν ἀπορρήτων. ἀλλὰ σχήματος μὲν τὸ πρῶτον ἐπιμεληθῆναι χρὴ μάλιστα, καὶ εὐμόρφου τῆς ἀναβολῆς. ἔπειτα πεντεκαιδεκά που, ἢ ὀλίγῳ πλείους τῶν εἴκοσιν ἀττικὰ ὀνόματα ἐκλέξαι πρὸ-

est maximum, ignorantiam affer: deinde temeritatem: præterea audaciam, & impudentiam. Pudorem autem, æquitatem, modestiam, & verecúdiam domi relinque. Nam sunt inutilia, & huic negotio aduersantur. Quinetiam clamorem altissimum, ac cantum inuerecundum, meóque simílem incessum: siquidem hæc sunt perquàm necessaria, solàque interdum sufficiunt. Vestis autem sit venusta, & candida, Tarentini opificij opus, vt corpus transpareat. Crepida verò Attica, & muliebriter multifida, solea Sicyonia, soccúlis albis decorata, pediséqui multi, libellúsque semper. Hæc te conferre oportet. Alia per viam procedendo iam vide, & audi. Nam tibi leges enarrabo, quibus si vsus fueris, Rhetorica te cognoscet, & admittet, non autem auersabitur, odióque prosequetur, tánquam non initiatum, & arcanorum exploratorem. Proinde primò quidem formæ potissimùm & decori vestitus gerenda cura. Deinde quindecim, aut non plura quàm viginti Attica quædam vocabula selecta, dilí-

ὀνόματα ἐκλέξας πρὸν, καὶ

ταῦτα ἀκριβῶς ἐμμελετήσας, προχείρα ἐπ' ἄκρας τ γλώττης ἔχε τὸ ἅπλα, ἢ κἄτα, ἢ μῶν, καὶ ἀμυγέπη, καὶ λῷστε, ἢ τὰ τοιαῦτα. ἢ ἐν ἅπαντι λόγῳ, καθάπερ τι ἥδυσμα ἐπίπαπε ἀυτῶν. μελέτω ὅ μηδὲν τῶν ἄλλων, ἐαὶ αὐόμοια τούτοις, καὶ ἀσύμφυλα, ἢ ἀπῳδά. ἡ πορφύρα μόνον ἔστω καλή, καὶ ἁνθηρὸς, κἂν σύρραπα τῶν παχειῶν τὸ ἱμάτιον ᾖ. μὴ ὅ, ἀπόρρητα, ἢ ξένα ῥήματα, ἢ ἀπαιόκις ὑπὸ τῶν πάλαι εἰρημένα. ἢ ταῦτα συμφορήσας, ἀποτόξευε, προχειρίζόμενος ἐς τὸν προσομιλοῦντας. οὕτω γάρ σε ὁ λεὼς ὁ πολὺς ἀποβλέψονται, ἢ θαυμάσον ὑπολήψονται, ἢ τὴν παιδείαν ὑπὲρ ἀυτῶν, εἰ ἀποσλεγγίσαιο μόν, τὸ ἀποξύσασθαι λέγοις. τὸ ὅ ἡλίῳ θέρεσθαι, εἰλιθρεῖσθαι. ἡ ἀραβῶνα ὅ, προτίμον. ἡ ὄρθρον ὅ, ἀκροκτεφές. σὺ ὁτε ὅ καὶ ἀυτὸς πύει κομιδῇ, ἢ ἀλλόκοτα ὀνόματα, ἢ ὀνοματοθέτει. ἡ μὲ ἁρμόττουσα δεινὸν, ἔυλεξιν καλῶν, ἡ σωφ ἡ, σοφόγωσ. ἡ ὀρχηστὴν δὲ, χειρίσοφον. αἰ σολοικίσῃς ὅ, ἡ βαρβαρίσῃς, ἔν ἔστω φαρμακον, ἡ αἰσχυντία.

gentérque exercitata, ſumma in lingua in promptu habe, quædam, deinde, A num, quodammodo, optime, atque id genus alia. Et in omni oratione, illa ceu condimentum inſperge. Nulla tibi ſit aliorum cura, ſi ſint hiſce diſſimilia, incon- B grua, & abſona. Tantummodo purpura ſit pulchra, ac florida, licet pallium ex craſſioribus pellibus ſit conſutum. Deinde vbi obſoleta, & peregrina, raróque ab an- C tiquis vſitata verba collegeris, hæc in eos eiaculare, cum quibus conuerſaris: ſic enim te vulgus intuebitur, & admirandum putabit, tuámque ſupra ſe eruditionẽ, ſi ἀποσλεγγίσαιο, τὸ ἀποξύσασθαι abradere, dicas, & τῷ ἡλίῳ θέρεσθαι, ſolevri εἰλιθρεῖσθαι, & arrhabonem προτίμον, & ὄρθρον crepuſculum ἀκροκτεφές. Nonnunquam etiam tu no- D ua finge, & monſtroſa vocabula: vt *interpretandi peritum* ἔυλεξιν: & *honeſtorum prudentem* σοφόγωσ. *ſaltatorem* autem χειρίσοφον. Quum verò ſolœciſmum, vel barbatiſmum committes, vnum tibi ſit remedium, impudentia. Confeſtímque in promptu ſit nomen καὶ προχειρον ἐυδὺς ὄνομα,

ἔτε ὄντος πνὸς, οὔτε γιγνομένου ποτὲ, ἢ ποιητοῦ, ἢ συγγραφέως. ὃς ὅπω λέγειν ἐδοκίμαζε σοφὸς ἀνὴρ, καὶ τῷ φωνῇ ἐς τὸ ἀκρότατον ἀπικνεῖσθαι δύναιτο. ἀλλὰ καὶ ἀναγνώσεσθε, τὰ παλαιὰ μὲν μὴ σύγε, μὴ δὲ εἰ πόλλης Ἰσοκράτης, ἢ ὁ χαρίτων ἄμοιρος Δημοσθένης, ἢ ὁ ψυχρὸς Πλάτων, ἀλλὰ τοὺς τῶ πρὸ ἡμῶν ὀλίγον λόγους, καὶ ἃς φασι ταύτας μελέτας, ὡς ἔχεις ἀπ' ἐκείνων ὀπισθισάμενος ἐν καιρῷ καταχρῆσθαι, καὶ θάττω ἐν ταμείου φέρων. ἐπειδὰν δὲ καὶ δέῃ λέγειν, καὶ οἱ παρόντες ὑποβάλωσι τινὰς ὑποθέσεις, καὶ ἀφορμὰς τῶν λόγων, ἅπαντα μὲν ὁπόσα ἂν ᾖ δυσχερῆ λεγέσθω, καὶ ὀκφαυλιζέσθω, ὡς οὐδὲν ὅλως ἀνδρώδες αὐτῶν. ἑλομένων δ', μὴ μελήσῃ, λέγε ὅ, τι κεν ὀπί κε ῥῆμα γλώσσαν ἔλθῃ, μηδὲν ἐκείνων ὀπιμελησθεὶς, ὡς τὸ πρῶτον, ἅπερ ἂν καὶ ἔστι πρῶτον, ἐρεῖς ἐν καιρῷ προσήκοντι. καὶ τὸ δεύτερον, μετὰ τοῦτο, καὶ τὸ τρίτον, μετ' ἐκεῖνο. ἀλλὰ τὸ πρῶτον ἐμπεσὸν, πρῶτον λεγέσθω. καὶ ἴω ὅπως τύχῃ, περὶ τῷ μετώπῳ μὲν, ἢ κνημίς. πρὸ τῆς κνήμης δ', ἢ κόρυς. πλὴν ἐν ἐπείγῃ, καὶ σώσειε, καὶ μὴ σιώπα μόνον. κἂν περὶ

poëtæ vel ſcriptoris alicuius, qui neque ſit, neque vnquam fuerit: à quo ſapiente viro, & voce ſumma abſolutè claro, probetur hæc loquendi formula. Proinde tu te ne priſca legas, neque quæ nugator Iſocrates, vel gratiarū expers Demoſthenes, vel Plato frigidus ſcripta reliquêre: ſed orationes eorum qui paulò antè nos fuêre, & quas exercitationes appellant, vt tanquam ex penu depromens, ab ijs commeatum mutueris, quo in tempore vtaris. Quum verò orandum erit, & qui aderunt, argumentum aliquod, aut dicendi occaſionem tibi ſuggeſſerint: quęcunque fuerint illa, difficilia dicantur, & vilipendantur, tanquam nihil prorſus his inſit virile. Quū verò elegeris argumentum, nihil cures, & dicito quicquid in linguam venerit, eorum nihil ſolicitus, vt primum, prout eſt primum debito proferas tempore: deinde ſecundum, poſtea tertium. Verùm quicquid primum inciderit, primum dicatur: & ſi ita euenerit, ocrea capiti, tibia galeæ adaptetur. Præterea feſtina, loquere expeditè, ac tātummodo ne taceas. Quod ſi de

ὑβρεις τινος, ἢ μοιχοῦ λέγης
Ἀθήνησι, τὰ ἐν Ἰνδοῖς, καὶ τὰ
ἐν Ἐκβατάνοις λεγέσθω. ὅπου
πᾶσι ἦ, ὁ Μαραθὼν, καὶ ὁ Κυ-
ναιγειρος, ὧν ἂν μὴ ἄνευ γένοι-
το. καὶ ἀεὶ ὁ Ἄθως πλεῖσθω,
καὶ ὁ Ἑλλήσποντος πεζευέσθω,
καὶ ὁ ἥλιος ὑπὸ τῶν περσικῶν
βελῶν σκεπέσθω, καὶ Ξέρ-
ξης φευγέτω, καὶ ὁ Λεωνίδας
θαυμαζέσθω, καὶ τὰ Ὀτρυά-
δου γεγράμματα ἀναγινωσκέ-
σθω. καὶ ἡ Σαλαμὶς, καὶ τὸ
Ἀρτεμίσιον, καὶ αἱ Πλατειαὶ,
πολλὰ ταῦτα, καὶ πυκνά. καὶ
ὅπόσα ὀλίγα ἐκεῖνα ὀνόμα-
τα ὑποπολαζέτω, καὶ ἐπαυθεί-
τω καὶ συνεχὲς τὸ ἄπαε, καὶ τὸ
δίπαυθεν, καὶ μηδαμοῦ αὐ-
τῶν δέῃ. καλὰ γὰρ ὅτι καὶ εἰκῇ
λεγόμενα. ὦ δέ ποτε καὶ ᾄσαι
καιρὸς εἶναι δοκῇ, πάντα ᾄδέ-
σθω, καὶ μέλος γινέσθω. κἂν ποτε
ἀπορήσῃς πράγματος ᾠδι-
κοῦ, τὸν ἄνδρα τὸν διδασκά-
λου μὴ μόνας ἐμμελῶς, πεπληρω-
κέναι οἴου τὴν ἁρμονίαν. τὰ
δ' οἶμαι τῶν κακῶν, πολλά-
κις. καὶ ὁ μηρὸς πατασσέσθω,
καὶ λαρύγγιζε, καὶ ὑπηχέμ-
που τοῖς λεγομένοις, καὶ βά-
διζε, μεταβέρων τὴν πυγμὴν,
καὶ ὦ μὴ σε μὴ ἐπαινῶσιν,

quem ex vtraque parte mirum in modum humilem accipiens, alteri æquauit, posito omni operi firmissimo fundamento, quo superstructi ædificij certitudinem confirmaret, factisque editissimis fastigijs, sibique ad firmitatem cohærentibus, vt totum opus roboraret. Cæterùm quæ superstructa sunt, loci magnitudini congruunt, rectæque compagi accommodatissima sunt, & lucis rationem seruant. Altum est vestibulum, latos habet gradus, supinum magis est quàm arduum, vt sit facilis ascensus. Ingredienti communis domus ampla excipit, in qua pedisequi & ministri commodè versentur: ad lævam verò sunt ædiculæ ad delicias comparatæ. Hæc itaque balneo maximè sunt decora, amœni multáque luce illustrati recessus: deinde continua illis domus, longè quidem præstantior, quàm vt balneo conueniat; sed necessaria ad suscipiendos opulentiores. Post hanc sunt ædiculæ deponendis vestibus sufficientes:

καὶ μέσος οἶκος ὕψει τε ὑψηλότατος, καὶ φωτὶ φαιδρότατος, ψυχροῦ ὕδατος ἔχων τρεῖς κολυμβήθρας, λακαίνῃ λίθῳ κεκοσμημένος. καὶ εἰκόνες ἐν αὐτῷ λίθου λευκοῦ τῆς ἀρχαίας ἐργασίας. ἡ μὲν, ὑγείας. ἡ δὲ, Ἀσκληπιοῦ. εἰσελθόντας δὲ, ὑποδέχεται ἠρέμα χλιαινόμενος οἶκος, οὐκ ἀπηνεῖ τῇ θέρμῃ προσαπαντῶν, ἐπιμήκης, ἀμφιστρόγγυλος. μεθ' ὃν ἐν δεξιᾷ οἶκος, εὖ μάλα φαιδρὸς, ἀλείψασθαι προσηνῶς παρεχόμενος, ἑκατέρωθεν εἰσόδους ἔχων, φρυγίῳ λίθῳ κεκαλλωπισμένας, τοὺς ἀπὸ παλαίστρας εἰσιόντας δεχόμενος. εἶτ' ἐπὶ τούτῳ ἄλλος οἶκος, οἴκων ἁπάντων κάλλιστος, στῆναί τε, καὶ ἐγκαθέζεσθαι προσηνέστατος, καὶ ἐμβραδῦναι ἀβλαβέστατος, καὶ ἐγκυλίσασθαι ὠφελιμώτατος, φρυγίου καὶ αὐτὸς εἰς ὀροφὴν ἄκραν ἀποστίλβων. ἑξῆς δὲ ὁ θερμὸς ὑποδέχεται διάδρομος, νομάδι λίθῳ διακεκολλημένος. ὁ δὲ ἔνδον οἶκος, κάλλιστος, φωτός τε πολλοῦ ἀνάμεστος, καὶ ὡς πορφύρᾳ διηνθισμένος. τρεῖς καὶ οὗτος θερμὰς πυέλους παρέχεται. λουσαμένῳ δὲ, ἔνεστί σοι μὴ τὴν διὰ τῶν αὐτῶν οἴκων αὖθις ἐπανιέναι, ἀλλὰ ταχεῖαν τὴν

& media domus fastigio ex-
celsissima, & luce clarissima,
tria aquæ frigidæ lauacra
continens, Lacedæmonio
lapide exornata. In eadem
A sunt marmoreæ imagines
antiqui operis, altera Sani-
tatis, altera Æsculapij.
Ingressos excipit domus
sensim incalescens, calore
non insuaui occurrente,
B oblonga, circùm orbicu-
lata. Post hanc ad dextram,
admodum clara habitatio
ad suauem vnctionem præ-
bendam, ex vtraque parte a-
C ditus habet Phrygio lapide
decoratos, & à palæstra
venientes excipit. Deinde
supra hanc alia est habitatio
omnium pulcherrima, & ad
standum, sedendúmque ac-
commodatissima, & ad im-
D morandum minimè noxia,
& ad volutandum vtilissima,
& ipsa Phrygio lapide ad sũ-
mum tectum relucens. De-
inceps calidus suscipit trans-
cursus, Nomadio lapide co-
agmentatus. Porrò interior
habitatio elegantissima, &
E luce multa plena est, &
instar purpuræ renitet: hæc
tria thermarum labra ex-
hibet. Cæterùm tibi iam
loto licet viam non per
easdem habitationes re-
metiri, sed celeriter

ἐπὶ τὸ ψυχρὸν, δι' ἠρέμα θερμῆς οἰκήματος. καὶ ταῦτα πάντα ὑπὸ φωτὶ μεγάλῳ, καὶ πολλῇ τῇ ἔνδον ἡμέρᾳ, ὑπὲρ πρὸς τούτοις ἀνάλογα, καὶ πλάτη τοῖς μήκεσι σύμμετρα, καὶ πανταχοῦ πολλὴ χάρις, καὶ Ἀφροδίτη ἐπαναθεῖ. κατὰ τὸν καλὸν Πίνδαρον, ἀρχομένοις ἔργου, πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγές. τοῦτο δ' ἂν εἴη ἐκ τῆς αὐτῆς μάλιστα, καὶ τὸ φέγγος, καὶ τῶν φωταγωγῶν μεμηχανημένων. ὁ γὰρ σοφὸς ὡς ἀληθῶς Ἱππίας, τὸν μὲ ψυχρόδοχον οἶκον, εἰς βορρᾶν προσκεχωρηκότα ἐποίησεν, ἐκ ἄμοιρον οὐδὲ τοῦ μεσημβρινοῦ ἀέρος. τοὺς δὲ πολλοῦ δεομένους, νότου, καὶ ἕω, καὶ ζεφύρου ὑπέθηκε. τί ἂν σοι τὰ ἐπὶ τούτῳ λέγοιμι, παλαίστρας, καὶ τὰς κοινὰς τῶν ἱματιοφυλακούντων κατασκευὰς, ταχείαν τ' ἐπὶ τὸ λουτρὸν, καὶ μὴ διὰ μακροῦ τοῦ ὁδὸν ἔχουσας, τοῦ χρησίμου τε, καὶ ἀβλαβοῦς ἕνεκα. καὶ μή μοι ὑπολάβῃς τῆς μικρὸν ἔργον προθέμενον, κοσμεῖν τῷ λόγῳ προσαιρεῖσθαι. τὸ γὰρ ἐν τοῖς κοινοῖς, καινὰ ἐπινοῆσαι καλλους δείγματα, οὐ μικρᾶς σοφίας ἔχεται τεκμήριον. οἷον καὶ τόδε τὸ ἄγαν

ad frigidam per vaporarium leniter tepescens reuerti. Et hæc omnia magna luce, multóque diei splendore intus splendent. Præterea altitudinis inest proportio, conueniunt latitudines cum longitudinibus: & vbique multa venustas, & elegantia efflorescit. Etenim ex præclari Pindari sententia, Opus exordientibus, eminus fulgens apponenda facies: quæ & ipsa elegantia, & lumine ac fenestris constet. Etenim verè sapiens Hippias frigido balneo accommodam habitationem, ad boream procedentem fecit, nec aëris meridiani expertem. Eas verò quæ multo calore indigent, Noto, Euro, & Zephyro subiecit. Quid ad hæc tibi palæstras memorem, & vestes asseruantium communes habitationes, compendiosam non prolixam ad balneum viam habentes, tum vtilitatis capiendæ, tum noxæ vitandæ gratia? Neque suspicetur quisquam me opus exiguum oratione exornandum suscepisse. Nam in rebus communibus, noua comminisci pulchritudinis specimina, non exiguæ sapientiæ tribuo:

ὁ θαυμάσιος ἡμῖν Ἱππίας ἐπεδείξατο, πάντας ἔχον τὰς βαλανείου ἀρετάς, τὸ χρήσιμον, τὸ εὔκαιρον, τὸ εὐφυγές, τὸ συμμέτρον, τὸ τῷ τόπῳ περισωθὲν, τὸ πᾶσι χρείαν ἀσφαλῆ παρεχόμενον. καὶ ὥσπερ, τῇ ἄλλῃ πεποιᾳ κεκοσμημένον. ἀμφοῖν μὲν ἀναγκαίων δυοῖν ἀναχωρήσεσιν, ἐξόδοις τε πολλαῖς τεθυρωμένον. ὁρῶν δ' διττὰς δηλώσεις, πᾶσι μὲν, δι' ὕδατος, καὶ κυκνείου, τοῖς δὲ, δι' ἡλίου ἐπιδεικνυμένων, ταῦτα ἰδόντα μὴ ἀποδοῦναι τὸν πρέποντα ἔπαινον τῷ ἔργῳ, οὐκ ἀνόητον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀχαρίστου μᾶλλον ἢ βασκάνου μοὶ εἶναι ἔδοξεν. ἐγὼ μὲν οὖν εἰς δικαιοσύνην καὶ τὸ ἔργον, καὶ τὸν τεχνίτην, καὶ δημοσίᾳ πιστεύω τῷ λόγῳ. εἰ δ' θεὸς παρείη καὶ λουσασθαί ποτε, πολλοὺς οἶδα καὶ ἄλλους ἑξῆς τοὺς κοινωνήσοντας μοι τῶν ἐπαίνων.

quale hoc opus admirabilis Hippias nobis edidit, omnes balnei præstantis partes complectens, vtilitatem, opportunitatem, claritatem, proportionem, quod loco est accommodatum, quod tutum vsum exhibet. Præterea reliquo artificio exornatum, biuiorum necessariorum duplicibus secessibus, multísque ianuarum egressibus munitum: geminísque indicijs, vno per aquam & sonitum, altero per solem horas demonstrans. Quibus visis, conuenientem operi laudem non tribuere, non solùm insipientis, sed etiam ingrati, imò potiùs inuidi esse existimaui. Itaque ego pro virili cùm operi, tum opifici, & effectori, verbis gratiam rependo. Quòd siquando Deus copiam lauandi fecerit, scio me complures alios habiturum, qui communes mecum eius laudes habebunt.

ΠΡΟΣΑΛΑΛΙΑ, Ἢ Διόνυσος.

PRÆFATIO SEV BACCHVS.

ARGVMENTVM.

Præfatio quædam est, quales & nostri homines in enarrandis authoribus, aut alijs rebus tractandis, ipsis operibus præmittere so-

lent. Monet autem Lucianus auditores suos, ne solùm compositionis nouitatem in scriptis suis spectent, nèue ideo pro parui aut contemnendi illa habeant, quia comica, ac satyrica quadam, sub dialogi grauitate tractet, sed magis ipsam rem spectent: ne idem illis, quod Indo olim, accidat, dum Bacchi exercitum vt muliebrem, & à re militari alienum contemnunt. Deinde autem & veniam precatur aetati, si paulò verbosior aut loquacior nonnullu fortè videatur; fatum suum etiam hic, collatione quadam Indorum cohonestans.

Τὲ ὁ Διόνυσος ἐπ' Ινδοὺς στρατὴν ἤλασε, κωλύει γὰρ οὐδὲν οἶμαι καὶ μῦθον ὑμῖν διηγήσασθαι βακχικὸν, φάσὶν οὕτω καταφρονῆσαι αὐτῶν τὰ πρῶτα τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἐκεῖ, ὥστε καταγελᾶν ὁπόταν. μᾶλλον δ' ἐλθεῖν τὸν πόλεμον, ὡς αὐτίκα μάλα συμπατησόμενον ὑπὸ τῶν ἐλεφάντων, εἰ ἀντιτάξαιτο. ἤκουον γὰρ οἶμαι τῶν σκοπῶν ἀλλόκοτα ὑπὸ τῆς στρατιᾶς αὐτῶν ἀγγελλόντων, ὡς ἡ μὲν φάλαγξ αὐτῷ, καὶ οἱ λόχοι, γυναῖκες εἶεν ἔκφορνες, καὶ μεμηνῖαι, κιττῷ ἐστεμμέναι, νεβρίδας ἐνημμέναι, δόρατά τινα μικρὰ ἔχουσαι, ἀσπίδες, κιθαροποιητὰ καὶ ταῦτα, καί τινα πελτάρια κοῦφα, βομβοῦντα, εἴ τις μόνον ψαύσαιτο. ἀσπὶς δὲ εἰ ἐγίγνετο καὶ τὺμ-

Vo tempore Bacchus exercitum aduersus Indos duxit (nihil enim, vt puto, prohibet, quominus A Bacchicam fabulam vobis narrem) ferunt ipsum ita ab illius regionis hominibus fuisse initio contemptum, vt accedentem irriderent: imò temeritatem illius miserarentur, vt qui protinus ab elephantis conculcaretur, si aduersa acie B occurreret. Audiuerãt enim, opinor, explorãtores de ipsius exercitu absurda renuntiantes, Nimirum phalangem ipsi & manipulos constare ex mulieribus insanis & furentibus, hedera redimitis, ceruina pelle amictis, hastas quasdam gerentibus, non ferro, sed hedera confectas, tum scuta quędam leuia quæ resonarent: siquis tantummodò attigisset: nam & tympana clypeis assi-

πομπα. ὀλίγους δὲ τινας ἀγροίκους νεανίσκους ἐνεῖναι γυμνὰς κόρδακα ὀρχουμένους, οὐρὰς ἔχοντας κεράστας, οἷα τοῖς ἀρτιγενεθείσιν ἐρίφοις ἀναφύεται. καὶ τὸν μὲν στρατηλάτην αὐτῶν, ἐπ' ἅρματος ὀχεῖσθαι παρδάλεων ὑπεζευγμένων, ἀγένειον ἀκριβῶς, οὐδ' ἐπ' ὀλίγον γενόμενον τὴν παρειάν, κερασφόρον, βοτρύοις ἐστεφανωμένον, μίτρᾳ τε τὴν κόμην ἀναδεδεμένον καὶ πορφυρίδι, καὶ χρυσῇ ἐμβάδι. ὑποστρατηγεῖν δὲ δύο, ἕνα μὲν πάνυ βραχὺν πρεσβύτην, ὑποπαχύν, φαλακρόν, ῥινόσιμον, ὦτα μεγάλα ὀρθὰ ἔχοντα, ὑπόβρομον, ναρθηκοφορεῖν ἐπὶ ὄνου τὰ πολλὰ ἱππεύοντα ἐν κέρκωπι, καὶ τοῦτον πάνυ σφόδρα ὀργίλον στρατηγὸν ἀπὸ τῶν ἑπομένων. ἕτερον δὲ τερατώδη ἄνθρωπον, βάκχῳ τὰ νέρθεν ἐοικότα, κομήτην τὰ σκέλη, κέρατα ἔχοντα, βαθυπώγωνα, ὀργίλον, καὶ θυμικόν. σατύρους μὲν, σύριγγα φέροντας, τὴν δεξιὰν δὲ, ῥάβδον καμπύλην ἐπιμήκη, καὶ περιεστρωμένα ὅλον τὸ στρατόπεδον, καὶ τὰ γυναῖα δὲ φοβεῖσθαι αὐτὸν, καὶ σείειν ἀνεμωμένους τὰς κόμας, ὁπότε περῴη, καὶ βοᾶν

milabant. Esse præterea paucos quosdam rusticos iuuenes nudos, qui cordacem saltarent, caudas & cornua haberent, qualia hœdis recens natis succrescunt. Ipsum verò exercitus ducem, curru vehi iunctis pardalibus tracto, penitus imberbem, neque vel tantillum genis pubescentem, cornigerum, racemis coronatum, mitra purpurea comam reuinctum, aureis cothurnis calceatum. Secundum verò ab imperatore locum obtinere duos, quorum alter breuis erat statura, senex, crassiusculus, ventricosus, simus, auribus magnis & arrectis, tremulus, thyrso innixus, in asino plerunque equitans, crocoto indutus, cúmque magnæ authoritatis in ducendo exercitu ipsius collegam. Alter monstrosus homo, qui partibus inferioribus hircum referret, in cruribus crines haberet, cornutus, promissa barba, iracundus, & animosus esset: qui læua fistulam, dextra baculum incuruum attollendo gereret, & vniuersa castra circunsiliret, quem mulieres timerent, & quum accederet, comas vento agitatas quaterent, & cla-

εὖ οἱ. τοῦτο δ' εἰκάζειν καλεῖσθαι αὐτῶν τὸν δεσπότην. ταῖς δ' οὖν πρίμνας, διηπάδαι ἤδη ἀπὸ τῶν γυναικῶν, καὶ διεσπᾶσθαι ἔτι ζώντα τὰ θρέμματα. ὠμοφάγους γὰρ πάνυ αὐτὰς εἶναι. ταῦτα οἱ Ινδοὶ, καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν ἀκούοντες, ἐγέλων ὡς τὸ εἰκὸς, καὶ οὐδ' αὐτεπεξάγειν, ἢ παραπαίεσθαι ἠξίουν. ἀλλ' εὐθὺς ἄρα ταῖς γυναῖξι ἐπαφῆσειν αὐτοῖς εἰ κλησίου χρώμενοι, σφίσι δὴ καὶ νικᾶν αἰσχρὸν ἐδόκει, καὶ φονεύειν γυμνὰ μεμηνότα, καὶ σμιλύμβιν ἀρχόντα, καὶ μειδύον σμικρὸν γεροντίον, καὶ ἡμισπαπάτιλλον ἄλλον, καὶ γυμνήτας ὀρχηστάς, πάντας γελοίους. ἐπεὶ δὲ ἠγγέλλετο πυρπολῶν ὁ Θεὸς ἤδη τὴν χώραν, καὶ πόλεις αὐτάνδρους καταφλέγων, καὶ ἀνάπτων τὰς ὕλας, καὶ ἐν βραχεῖ πᾶσαν τὴν Ινδικὴν πυρὸς ἐμπεπλησθαι, ὅπλον γάρ τοι διονυσιακὸν τὸ πῦρ παρ' ὧν ἀκήκοε, καὶ τὸ κεραυνῶδες. ἐνταῦθα ἤδη ἀπούσης ἀνελάμβανον τὰ ὅπλα, καὶ τοὺς ἐλέφαντας ὁπλίσαντες, καὶ ἐπιχαλινώσαντες, καὶ τοὺς πύργους ἀναθέμενοι, ἐπ' αὐτοὺς αὐτεπεξῆσαν, καταφρονοῦντες μὲν καὶ τότε, ὀργιζόμενοι δ' ὅμως, καὶ σωτείφαι σπεύδοντες αὐτά,

marent euohe: quo nomine earum dominum vocari cõijce. Greges verò à mulieribus esse iam discerptos, & viuas adhuc pecudes dilaniatas. Nam esse crudiuoras illas. His auditis Indi, eorúmque rex, ridebant vt par erat, neque obuiam instructa acie prodire dignabantur. Sed filiprõius accederent, mulieres in eos immittere statuebant; quòd putarent turpe sibi esse, vincere & neci dare mulieres furentes, & ducem effœminatum, & temulentum paruum senem, & semimilitem alium, nudósque saltatores, ridiculos omnes. Sed posteaquam nuntiatum est Deum incendio regionem vastare, & Dyrbes cum ipsis viris comburere, & syluas incendere, ac breui temporis spatio totam Indiam igne impleuisse (nam ignis telum est Bacchi, à patre acceptum, & ex fulmine oriundum) tum diligenter arma sumpserunt, instratis & frænatis elephantibus, dorsóque impositis túrribus in eos aduerso exercitu prodierunt, etiamdum tamen contemnentes, & irati, & cõminuere properantes ipsis

cum

στρατοπέδῳ, τ' ἀγώνιον ἐκεῖνον στρατηλάτην. ἐπεὶ δ' πλησίον ἐγένοντο, καὶ εἶδον ἀλλήλους, οἱ μὲν Ἰνδοὶ, παρατάξαντες τοὺς ἐλέφαντας, ἐπῆγον τῷ φάλαγγα. ὁ Διόνυσος δ', τὸ μέσον μὲν αὐτὸς εἶχε. τοῦ κέρως δ' αὐτῷ, τοῦ δεξιοῦ μὲν, ὁ Σιληνός. τοῦ εὐωνύμου δ' ὁ Πὰν ἡγεμὼν τῶν λοχαγῶν δ', καὶ ταξίαρχοι, σάτυροι ἐγκατεσκευάκεισαν. καὶ τὸ μὲ συνθημα, ὦ ἅπαντα τὸ εὖ οἱ. ἐνδὺς δ' τὰ τύμπανα ἐπαταγέτο, καὶ τὰ κύμβαλα τὸ πολεμικὸν ἔσημαινε. καὶ τῶν σατύρων τις λαβὼν τὸ κέρας, ἐπύλει τὸ ὄρθιον. καὶ ὁ τοῦ σειληνοῦ ὄνος, ἐνυάλιόν τι ὠγκήσατο. καὶ αἱ μαινάδες, σὺν ὀλολυγῇ ἐνεπήδησαν αὐτοῖς, δρέποντας ἀπεζωσμέναι, καὶ τῶν θύρσων ἄκρων ἀπογυμνοῦσαι τὸ σίδηρον. οἱ Ἰνδοὶ δ', καὶ ἐλέφαντες αὐτῶν, αὐτίκα ἐκκλίναντες, σὺν οὐδενὶ κόσμῳ ἔφευγον, οὐδὲ ἐντὸς βέλους ἠθέλησαν γενέσθαι μείναντες. καὶ τέλος, κατακρότου ἐκλώκεσαν, καὶ αἰχμάλωτοι ἀπῆγοντο ὑπὸ τῶν τέως καταγελωμένων, ἔργῳ μαθόντες ὡς οὐκ ἐκ τῆς ἀκόης

cum castris imberbem illum imperatorem. Postquã autem propiùs accesserunt, & in mutuum conspectum venerunt, Indi collocatis in acie prima elephantis, exercitum adduxerunt. Bachus verò ipse medium tenebat. Silenus cornu dextrum, Pan sinistrum ducebat: manipulorum ductores, & centuriones Satyri erant interpositi: signum omnibus erat Euohe. Statim percussa tympana perstrepebant, ipsaque cymbala classicum canebant: vnúsque è Satyris accepto cornu, orthium occinebat. Tum Sileni asinus Martium quiddam rudit: & Mænades cum vlulatu in eos insilierunt, succinctæ draconibus, atque ex summis thyrsis ferrum denudantes. Indi autem, eorúmque elephantes, ilicò declinantes nullo ordine fugiebant, non ausi intra teli iactum venire. Tandem vi capti sunt, abductíque captiui ab ijsquos antè deridebant: re ipsa experti quã non oportuerit prima statim fama adductos, peregrinum exercitum cõtemnere,

κατα-
ρρόειν ξένων στρατοπέδων.

ἀλλὰ τί πρὸς τὸν Διόνυσον ἔστος ὁ Διόνυσος, εἴποι τις ἄν. ὅπ μοι δοκῶσι, καὶ πρὸς χαρίτων μή με κορυβαντιᾶν, ἢ τελέως μαίνεσθαι ὑπολάβητε, εἰ τὰμὰ εἰκάζω τοῖς θεοῖς, ὅμοιόν τι πάσχειν οἱ πολλοὶ πρὸς τοὺς καινοὺς τῶν λόγων τοῖς ἰνδοῖς ἐκείνοις, οἷον ἢ πρὸς τοὺς ἐμοὺς, οἰόμενοι γὰρ σατυρικὰ, καὶ γελοῖά τινα, καὶ κομιδῇ κωμικὰ παρ' ἡμῶν ἀκούεσθαι, τοιαῦτα πεπιστεύκασιν, ὡς οἶσθ' ὅτι δόξαν αὐτοῖς ὑπὲρ ἐμοῦ. οἰμῳζ, οὐδὲ τλῶ ἀρχὼ ἀφικνοῦμαι, ὡς οὐδὲν δεον παρέχειν τὰ ὦτα κώμοις γυναικείοις, καὶ σκιρτήμασι σατυρικοῖς, καταβαίνας ἀπὸ τῶν ἐλεφαντων. οἶδ' ἐ, ὡς ὁπὶ τοιῦτό τι ἥκοντες, αὐτὶ τῦ κιττῦ σίδηρον εὑρόντες, οὐδὲ οὕτως ἐπαινεῖν τολμῶσι, τῷ παραδόξῳ τῦ πράγματος τεθορυβημένοι, ἀλλὰ θαρρῶν ἐπαγγέλλομαι αὐτοῖς, ὅτι λιὸ ἢ νῦν ὡς πρότερόν ποτε τὸν τελετὴν ἐζηλώσουσιν ὁπὶ δεῖν πολλάκις, ἢ ἀναμνησθῶσιν οἱ παλαιοὶ συμπόται κώμων κοινῶν τῶν τότε χαρῶν, καὶ μὴ καταφρονήσωσι τῶν σατύρων, καὶ σειληνῶν, πίωσι ὃ ἐς κόρον τῦ κρατῆρος

Sed quid ad Bacchum ille Bacchus, dixerit aliquis? Nã mihi videtur vulgus (ac per Gratias obsecro ne me insanire, aut prorsus temulẽtum esse suspicemini, si mea cum Dijs comparo) eodem quo Indi illi modo erga nouas orationes affectum, quemadmodum & erga meas. Rati enim satyrica, & ridicula, valdéque comica ex nobis audiri, istiusmodi crediderunt, nescio, quòd ita illis de me visum esset. Alij, ne principium quidem attingunt, quasi nihil sit opus aures præbere proteruiæ muliebri, & saltationibus satyricis, ab elephantis descendendo. Alij verò tanquam ad tale quid venientes, inuento pro hedera ferro, neque sic laudare audent, inaudita rei nouitate perturbati. Sed confidente animo illis denuntio, quòd si in præsentia quoque, vt antea facere consuèuerunt, festiuitatem spectare sæpe voluerint, ac veteres compotores recordati fuerint, tunc temporis celebratarum comessationum, nec Satyros Silenósque contempserint, sed ad satietatem vsque ex hoc cratere biberint, ipsi quoque sint bacchaturi,

τούτου, ἐμβακχεύσειν ἢ αὐ-

τοῦ, καὶ πολλάκις μεθ' ἡμῶν ἐρεῖν τὸ εὖ οἱ. ἔστι μὲ οὖν, ἐλεύθερον γὰρ ἀκοὴ, ποιούντων ὅ, τι καὶ φίλον. ἐγὼ δ', ἐπειδὴπερ ἔπ ἐν Ἰνδοῖς ἐσμεν, ἐθέλω καὶ ἄλλο ὑμῖν διηγήσασθαί τι τῶν ἐκεῖσε, οὐχ ἅ πρὸς τὸν Διόνυσον, οὐδὲ αὐτὸ, οὐδὲ ὧν πεπύσμην ἀλλότριον ἐν Ἰνδοῖς τοῖς μαχλαίοις, οἳ τὰ λαιὰ τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ, εἰ χρὴ ῥοῦν αὐτὸ Κλέπτεις, ὑπονεμόμενοι, μέχρι πρὸς τὸν Ὠκεανὸν καθήκουσι. παρὰ τούτοις ἄλσος ἔστιν ἐν περιφράκτῳ, οὐ πάνυ μεγάλῳ χωρίῳ, σωτηρίᾳ δὲ κισσὸς πολὺς, καὶ ἄμπελοι. σύσκιον αὐτὸ ἀκριβῶς ποιοῦσιν. ἐνταῦθα πηγαί εἰσι ῥεῖς, καλλίστου, καὶ διειδεστάτου ὕδατος. ἡ μὲν, Σατύρου. ἡ δ', Πανός. ἡ δ', Σειληνοῦ. καὶ εἰσέρχονται εἰς αὐτὸ οἱ Ἰνδοὶ ἅπαξ τοῦ ἔτους, ἑορτάζοντες τῷ Διῷ, καὶ πίνουσι τῶν πηγῶν οὐχ ἁπασῶν ἅπαντες, ἀλλὰ καθ' ἡλικίαν. τὰ μὲ μειρακια, τῆς τῶν σατύρων. οἱ ἄνδρες δ', τῆς Πανικῆς. τὰ δὲ τοῦ Σειληνοῦ, οἱ κατ' ἐμέ. ἃ μὲ οὖν πάσχουσιν οἱ παῖδες ἐπειδὰν πίωσιν, ἢ οἷα οἱ ἄνδρες τολμῶσι κατακόρως τῷ Πανὶ μάχεσθαι ἄρρητα λέγειν. ἃ δὲ οἱ γέροντες πεπύ-

& sæpe nobiscũ illud euohe dicturi. Quare illi, siquidem liber est auditus, faciãt quicquid erit animo gratũ. Ego autem posteaquam adhuc apud Indos versamur, volo etiam aliud quid eorum quæ ibi geruntur, recensere: non quod ad Bacchum pertineat, quanquam neque id ipsum à nostro instituto est alienũ. Apud Indos Machlæos, qui læuum Indi fluuij littus, si secundo flumine labentem respicias, incolentes, ad Oceanum vsque pertingunt: apud hos est lucus, in loco circunsepto, non admodum magno, sed vmbroso. Nam hedera multa, vitésq; ipsum penitus opacum reddũt. Hîc tres sunt pulcherrimę & limpidissimæ aquæ fontes: vnus Satyris, alter Pani, tertius Sileno sacer. Eò semel quotannis ingrediuntur Indi, festum diem Deo celebrãtes, bibúntque de fontibus, non sine discrimine omnes de omnibus, sed pro ratione ætatis. Nam de Satyrorum iuuenes, de Panis viri, de Sileni fonte bibunt qui meæ sunt ætatis. Ac quid pueris accidat postquam biberint, aut qualia audeant viri numine panosafflati, lõgũ esset referre. Sed quæ senes faciunt

σιν ὅταν μεθυσθῶσι τὸ ὕδατος, οὐκ ἀλλότριον εἰπεῖν. ἐπιδὺς πίῃ ὁ γέρων, καὶ καταλάβῃ αὐτὸν ὁ Σειληνὸς, αὐτίκα ἐπιπολὺ ἄφωνός ἐστι, καὶ καρηβαρῶντι καὶ A βεβαπτισμένῳ ἔοικεν. εἶτα μέγα φωνή τε λαμπρὰ, καὶ φθέγμα τορὸν, καὶ πνεῦμα λιγυρὸν ἐγγίνεται αὐτῷ, καὶ λαλίστατος ἐξ ἀφωνοτάτου ἐστίν. οὐδ' ἂν ἐπισχόμενος, παύσεως αὐτῷ μὴ γενομένης, καὶ ῥήσεις μακρὰς συνείρειν. συνετὰ μέντοι πάντα, καὶ κόσμια, καὶ κατὰ B τὸν Ὁμήρου Σκεῖνον ῥήτορα. νιφάδεσσι γὰρ ἐοικότα χειμερίῃσι διεξέρχονται. οὐδὲ ἀποχρήσει σοι κύκνοις καὶ τῇ ἡλικίᾳ εἰκάσαι αὐτὸν, ἀλλὰ τεττιγώδης τις πυκνὸν, καὶ ἐπίμοχον συνάπτοισιν, ἄχρι βαθείας ἑσπέρας. τοιγαροῦν ἤδη ἀφεδείσης C αὐτοῖς τῆς μέθης, σιωπῶσι, καὶ φροὶς τὸ ἀρχαῖον αὐλίζεσθαι. τὸ μέντοι παραδοξότατον οὐδέπω εἶπον. λιῶ γὰρ ἀτελῆ ὁ γέρων μεταξὺ καταλίπῃ ὧν διεξίῃ τὸν λόγον, δύντος ἡλίου κωλυθεὶς, ὅτι πέρας αὐτὸν ἐπιξελθεῖν, ἐς νέωτα πιὼν, αὖθις Σκεῖνα συνάπτει, ἃ πέρυσι λέγοντα ἡ μέθη αὐτὸν κατέλιπε. ταῦτά μοι κατ' ἐμῶμον εἰς ἐμαυτὸν ἀπεσκώφθω.

aquæ potu inebriati, dicere non est alienum. Postquam bibit senex, ipsúmq; corripuit Silenus, ilico diu obmutescit, hominémque heluco laborantem, aut mero prolutum refert. Deinde ex improuiso clara voce & loquelá vehemẽte, & spiritu acuto innatis ipsi, ex mutissimo fit loquacissimus. Sed nec obturato ore illũ compescueris, quominus continuè loquatur, & longos sermones connectat: ea quidem omnia sapienter & ornatè, & iuxta Homericum illum oratorem contexendo. Nam hybernis niuibus consimilia disserũt. Neque verò sufficiet, vt illos ætatis ratione cum cygnis compares, cùm cicadarum cãtillationi simile quiddam, densum, & volubile componant, ad profundam vsque vesperam. Inde iam discussa ebrietate conticescunt, & ad antiquum morem redeunt. Sed quod est maximè admirandum, nondum exposui. Quòd si senex imperfectam interim, quã habebat orationem reliquerit, solis occasu prohibitus eã ad finẽ perducere: pota nouo anno aqua, rursus illa cõponit, quæ superiore dicẽtem ebrietas destituit. Istis ego in me ipsum cauillis Momi in morẽ lusi:

ἢ μὰ τὸν Δία οὐ αὖ πάνυ ἐπαχθέσ-
χριμι τὸ σπουδαῖον. ὁρᾶτε γὰρ
ἤδη καθ' ὅσον τῷ μύθῳ ἔοικα, ὥσ-
τε ἴσως μοί τι πεφαντάσωμαι, ἢ
μέθη αἰτία. εἰ δ' τινὰ δόξειε
τὰ λεγόμενα, ὁ σειληνὸς ἄρα
ἵλεως.

neque per Iouem fabulæ sensum adducam. Videtis enim iam quatenus fabulæ sim similis. Quare si qua in re desipiamus, in causa est ebrietas. Sin prudenter dicta videntur quæ produximus, Silenus certè fuit propitius.

ΠΡΟΣΑΛΛΙΑ, Η Ηρακλῆς.

PRÆFATIO, SEV HERCVLES GALLICVS.

ARGVMENTVM.

Præfatio est eiusdem rationis, cuius & superior, nisi quòd, quantum ad argumentum attinet, rationem & causam hîc reddit, cur natu iam grandior, adhuc in eloquentia exercitatione versetur, studium atque ætatem suam exemplo eo defendens, & vt ipse ait, etiam consolans, quo apud Gallos ipsa eloquentia depingitur: nimirum Herculis, eiusdémque iam senioris imagine. Fingit autem imaginem seu typum eum, à sacerdote quodam Gallorum, quales ea ætate Druïdæ fuisse perhibentur, explicatam, & singulorum picturæ eius membrorum rationem sibi traditam esse, etiam Homeri atque aliorum poëtarum locis, vt pote à perito Græcarum literarum additis. De quibus in ipso orationis contextu ac serie videri satius est, quàm hîc pluribus immorari.

ΤΟν Ηρακλέα οἱ Κελτοὶ ὁ-
γμον ὀνομάζουσι φωνῇ τῇ
ἐπιχωρίῳ. τὸ δὲ εἶδος τοῦ θεοῦ, παν ἀλ-
λόκοτον γεγράφοισι. γέρων ἐστὶν
αὐτοῖς ἐς τὸ ἔσχατον, αὐα-

HErculem Galli lingua vernacula Ogmium vocant: sed Deum hûc inusitata prorsus specie depingûr, decrepitæ est apud illos, recaluaster,

φαλαντίας, πολιὸς ἀκριβῶς, ὅσαι λοιπαὶ τῶν τειχῶν. ῥυσὸς τὸ δέρμα, καὶ διακεχαυμένος ἐς τὸ μαλακώτατον, οἷοί εἰσιν οἱ θαλαττιεροὶ γέροντες. μᾶλλον δὲ Χάρωνα, ἢ Ἰαπετόν τινα τῶν ὑποταρταρείων. καὶ πάντα μᾶλλον, ἢ Ἡρακλέα εἶναι αὐτὸν εἰκάσειας. ἀλλὰ καὶ τοιοῦτος ὤν, ἔχει ὅμως τινὰ σκευὴν τοῦ Ἡρακλέους. καὶ γὰρ τινὰ δι' ὤμου ἐκπέπλαι τινὰ τοῦ λέοντος, καὶ τὸ ῥόπαλον ἔχει ἐν τῇ δεξιᾷ, καὶ τὴν γωρυτὸν παρήρτηται, καὶ τὸ τόξον ἐντεταμένον ἡ ἀριστερὰ προδείκνυσι. καὶ ὅλως, Ἡρακλῆς ὅτι. ταῦτά γε ὤμιλλον οὐδ' ἐφ' ὕβρει τῶν Ἑλλήνων θεῶν τοιαῦτα παρανομεῖν τοὺς Κελτοὺς ἐς τὴν μορφὴν τοῦ Ἡρακλέους, ἀμωσγεπῶς αὐτὸν τῇ τοιαύτῃ χαρᾷ, ὅτι τινὰ χώραν ποτὲ αὐτῶν ἐπάλθε, λείαν ἐλαυνῶν, ὁπότε τοὺς Γηρυόνου ἀγέλας ζητῶν, κατέδραμε τὰ πολλὰ τῶν ἑσπερίων ἠθῶν. καίτοι τὸ παραδοξότατον οὐδέπω ἔφην τῆς εἰκόνος. ὁ γὰρ δὴ γέρων Ἡρακλῆς ἐκεῖνος, ἀνθρώπων πάμπολύ τι πλῆθος ἕλκει, ἐκ τῶν ὤτων ἅπαντας δεδεμένους. δεσμὰ δὲ εἰσὶν οἱ, σειραὶ λεπταὶ

reliquis capillis planè canis, cute rugosa, & in aterrimum colorem exusta, cuiusmodi sunt hi nautæ senes. Charontem potiùs, aut Iapetum quempiam ex his qui apud inferos versantur, & omnia potiùs quàm Herculem esse conijceres. At quāquam est huiusmodi, tamen Herculis ornatum gerit, vt qui leonis exuuio sit indutus, & clauam dextra teneat, & pharetra ab humeris pendeat, & arcum tensum læua prætendat. In summa, est Hercules. Hæc equidem arbitrabar in Græcanicorum Deorum contumeliam perperam facere Gallos, quum eum huiusmodi fingerent effigie, quòd nimirum tali pictura illum vlciscerentur, quòd olim in regionem ipsorum incursasset, prædam abigens, quum Geryonis armēta vestigans, Occidentalium gētium pleraque regiones peruastaret. Atqui nondum dixi, quod in imagine erat maximè admirandum. Senex ille Hercules hominum ingentem multitudinem trahit, omnes ab auribus reuinctos. Vincula quibus id facit, tenues sunt catenæ, auro

χρυσᾶ, καὶ ἠλέκτρῳ εἰργασμέναι,
ὅρμοις ἐοικυῖαι τοῖς καλλίστοις.
καὶ ὅμως ἀφ' ὅτου ἀθενῶν ἀγόμ-
μενοι, ἤτε δεσμὸν βουλεύουσι,
δυνάμενοι ἂν εὐμαρῶς, ἤτε ὅ- A
λως ἀντιτείνουσιν, ἢ τοῖς ποσὶν
ἀντερείδουσι, πρὸς τὸ ἐναντίον
τῆ ἀγωγῆς ἑλκυστάζοντες, ἀλλὰ
φαιδροὶ ἕπονται, καὶ γεγηθότες, καὶ B
τὰ ἄγοντα ἐπαινοῦντες ἑπισ-
ρόμενοι ἅπαντες, καὶ τῷ φθά-
νειν ἐθέλειν τὸν δεσμὸν ὑπεκ-
λοῦντες, ἐοικότες ἀχθεδησομέ-
νοις, εἰ λυθήσονται. ὃ δὲ παν- C
των ἀτοπώτατον εἶναί μοι ἔδο-
ξεν, ἐκ οἰκήσω καὶ τοῦτο εἰπεῖν.
οὐ γὰρ ἔχων ὁ ζωγράφος ὅ-
θεν ἅψεται ταῖς σειραῖς ταῖς τῆ
δεσμῶν ἀρχαῖς, ἅτε τῆς δεξιᾶς
μὴ, ἤδη τὸ ῥόπαλον, τῆς D
λαιᾶς δὲ, τὸ τόξον ἐχούσης, ζυ-
πήσας τῷ θεῷ τὴν γλῶτταν ἄ-
κραν, ἐξ οἱασινοῦν ἑλκομένης αὐ-
τὸν ἐποίησε, καὶ ἐπέσραπταί
γε εἰς τοὺς ἀγομένους μειδιῶν.
ταῦτ' ἐγὼ μὴ ὑπὸ πολὺ εἰσή- E
κειν ὁρῶν, καὶ θαυμάζων, καὶ
ἀπορῶν, καὶ ἀχανακτῶν. κελ-
τὸς δέ τις παρεσὼς, ἐκ ἀπαί-
δευτος τὰ ἡμέτερα ὡς ἔδειξεν, ἀκριβῶς ἑλλάδα φωνὴν
ἀφιεὶς, φιλόσοφος οἶμαι τὰ ὑπο-
κείμενα, ἐγώ σοι ἔφη ὦ ξένε,

electróque confectæ, pulcherrimis monilibus assimiles. Atqui cùm vinculis adeò inualidis ducantur, neque fugam meditantur, quanquam commodè possent, neque prorsus reluctantur, aut pedibus obnituntur, aduersus trahentem sese resupinantes: sed alacres sequuntur, & læti, ducentem laudantes, vltro festinantes omnes, & quòd anteuertere velint, vinculum laxantes, perinde quasi grauiter laturi, si soluerentur. Neque grauabor dicere, quod omnium absurdissimũ mihi visum est esse. Cùm non haberet pictor, vnde catenularum summas ansas necteret, videlicet dextra iam clauam, siniſtra arcum tenente, perforata summa Dei lingua, ex hac illos trahi fecit: atque hic conuersis ad eos quos ducit oculis, arridet. Hæc ego diu constiti intuens, admirans, hæsitans, indignans. Sed Gallus quidam astans, noſtratium literarum non ignarus, id quod declarauit, cùm Græcam linguam apprimè proferret, gentis illius vt puto Philoſophus. Ego tibi hoſpes, picturæ, inquit, istius ænigma explicabo:

λύσω τὴ γεγφῆς τὸ αἴνιγμα.

πάνυ γὲ παραπλησίῳ ἔοικας πρὸς αὐτόν. τὸν λόγον ἡμεῖς οἱ Κελτοὶ, οὐχ ὥσπερ ὑμεῖς οἱ Ἕλληνες Ἑρμῆν οἰόμεθα εἶναι, μὴ Ἡρακλεῖ αὖ τοῦτο εἰκάζομεν, ὅτι παρὰ πολὺ τὸ Ἑρμοῦ ἰσχυρότερος ἐστιν. εἰ δὲ γέρων πέπτωκε, μὴ θαυμάσῃς. μόνος γὲ ὁ λόγος ἐν γήρᾳ φιλεῖ συντελῆ ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἀκμήν, εἴ γε ἀληθῆ ὑμῶν οἱ ποιηταὶ λέγουσιν, ὅτι αἱ μὲν τῶν ὀπλοτέρων φρένες, περέχουσι. τὸ δὲ γῆρας, ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον. οὕτω γέτοι καὶ τῆς Νέστορος ὑμῖν ἀπορρεῖ ἐκ τῆς γλώττης τὸ μέλι. καὶ οἱ ἀγορηταὶ τῶν Τρώων ἦμυ ὄπα, ἦμυ λειριόεσσαν ἀφιᾶσιν ἀυδῆτηρα. λειρία γὲ καλεῖται, εἴγε μέμνησαι, τὰ ἄνθη. ὥστε εἰ τῶν ὤτων ἐκδεδεμένος τὸν ἀνθρώπου πρὸς τὴ γλῶτταν ὁ γέρων ἑτος Ἡρακλῆς ὁ λόγος ἔχει, μὴ δὴ τοῦτο θαυμάσῃς, εἰδὼς ἦμυ τῶν ὤτων, καὶ γλώττης συγγένειαν. ἀλλ' ὄψεις εἰς αὐτὸ, εἰ ταῦτα τερύπνη. μέμνημαι γάρ ἔγω καὶ κωμικῶν τινων ἰαμβείων, παρ' ὑμῶν μαθών. τοῖς γὲ καλοῖς, ἐξ ἄκρου ἡ γλῶττα φασὶν ὀστὶ τερυπνή. τὸ δὲ ἄθλον, καὶ αὖτ' ἡμεῖς τῷ Ἡρακλεῖ τῷ λόγῳ τὰ πάντα ἡγούμεθα

nam videris ad eam vehementer turbatus. Oratione nos Galli, nequaquam arbitramur esse Mercurium, quēadmodum vos Græci: verùm illam Herculi tribuimus, propterea quòd hic Mercurio longè robustior extiterit. Nec mireris quòd senex fingitur. Sola enim Oratio consueuit in senecta absolutum vigorem ostendere, si modò, vestri poëtæ verum dicũt, *Obduci iuuenum densa caligine pectus, Contrà senectam posse quiddam dicere. Rudi iuuenta doctius.* Hinc videlicet apud vos & Nestoris lingua melle profluit, & Troianorum concionatores lirioessam, scilicet floridam vocem emittunt. Nam liria, si bene memini, flores vocantur. Proinde quod ab auribus vinctos ad linguam trahit hic Hercules, nempe Oratio, neque hoc mireris, cùm linguæ eum auribus cognationem noris. Neque ipsi pertusa est in contumeliã lingua: memini enim, inquit, me iambos quosdam è vestris comœdijs discere: *Siquidem loquacibus, Extrema lingua perforata est omnibus.* Denique nos etiam ipsum Herculem quicquid egit, id oratione confecisse, vt

ἐξεργάσασθαι, σοφὸν ἡγούμενον, καὶ πεῖσαι τὰ πλεῖστα βιάσασθαι. καὶ τάχα βέλη ἀυτῶν, οἱ λόγοι εἰσὶν ἡμῖν, ὀξεῖς, καὶ ἐυσχολοι, καὶ ταχεῖς, καὶ ταῖς ψυχαῖς προσκοντες. πτερόεντα γοῦν τὰ ἔπη καὶ ὑμᾶς φασιν εἶναι. τοσαῦτα μὲν, ὁ κελτός. ἐμοὶ δ', νῦν γε πρὸς τῆς δεῦρο παρόδου ταύτης ἐσκοπούμενῳ πρὸς ἐμαυτὸν εἰ μοι καλῶς ἔχοι, τηλικῷδε ὄντι, καὶ πάλαι τῶν τοιῶνδε ἐξεων πεπαυμένῳ, αὖθις ὑφ' ἑμαυτῷ ὑφορᾶν δεῖσθαι τοσούτοις διηγεῖσθαι; καὶ χαιρὸν ἐπῆλθεν ἀναμνησθῆναι τῆς εἰκόνος. τέως μὲν δὴ ἐδεδίειν, μή τινι ὑμῶν δόξαιμι κομψεύεσθαι μειρακιώδη ταῦτα ποιεῖν, καὶ παρ' ἡλικίαν νεανιεύεσθαι. κατά τις ὁμηρικὸς νεανίσκος ἐπῆλθέ μοι εἰπὼν τό, Σὴ δ' βίη λέλυται, καὶ, χαλεπὸν γῆρας κατείληφέ σε, ποδωκὺς δέ γε τοι δρομῆσαι, βραδέες δέ τοι ἵπποι, ἐς τὸν πόδας τοῦτο ἀποσκώπτων. ἀλλ' ὅταν ἀναμνησθῶ τῆς μεγίστης ἐκείνου Ἡρακλέους, πάντα ποιεῖν προσήκομαι, καὶ οὐκ αἰδοῦμαι τοιαῦτα τολμῶν, ἡλικιώτης ὢν τῆς εἰκόνος. ὥστε ἰσχὺς μὲν, καὶ τάχος, καὶ κάλλος, καὶ

pote virum sapientem, & pleraq; persuasione sibi subegisse ducimus. Atque ipsius tela, acutæ sunt rationes, missiles, citæ, animásque vulnerantes: vnde vos quoque pennigera dicta, nominatis. Hactenus Gallus. Ac mihi quidem cùm huc me conferens mecum perpenderem, num decorum iam esset, vt tam grandis natu, quíque iampridem ab his doctrinæ speciminibus me abdicassem, rursum me tot iudicum calculis committerem, in tempore subijt animum meum eius picturæ recordatio. Nam antehac verebàr ne cui vestrûm viderer hæc admodũ pueriliter agere, quasíque præter ætatem iuuenari: deinde Homericus aliquis adolescens hæc verba mihi impingeret. *Iam periit tua vis, grauis arripuítque senectus, Inualidúsque tibi famulus, tardíque caballi*, videlicet eo scommate pedes meos notans. Verùm quoties senex ille Hercules animo recurrit, adducor vt quiduis faciam: neque me pudet hæc audere, cũ simimagini coætaneus. Itaque robur, celeritas, forma, & quotquot sũt corporis bona, valeant:

ὅσα σώματος ἀγαθὰ, χαιρέτω

καὶ ὁ ἔρως ὁ σὸς ὦ τῆς ποιητὰ, εἰσιδὼν με ναυπόλιον ᾠήειον, χρυσοφαέννων εἰ βάλεται πτερύγων, ἢ ἀετοῖς παρεμπετάσθω. καὶ ὁ Ἱπποκλείδης ἀφροντιστείτω. τῷ λόγῳ γὰρ, νυνὶ αὖ μάλιστα ἀνηβᾶν, καὶ αὐξεῖν, καὶ ἀκμάζειν καθ' ὥραν εἶναι, καὶ ἕλκειν ἅπαντας, ὅσοις αὖ πλείστοις δύναται, καὶ τοξεύειν πολλάκις, ὡς οὐδέν γε δέος μὴ κενωθεὶς λάθοι ὁ γαῦτος αὐτῷ. ὁρᾷς ὅπως παραμυθοῦμαι τὴν ἡλικίαν, καὶ τὸ γῆρας τὸ ἐμαυτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο ἐτόλμησα πάλαι νενεωλκημένον τὸ ἀκάτιον καταπάσας, καὶ ἐκ τῶν ἐνόντων ὁπλισευάσας, αὖθις ἀφεῖναι ἐς μέσον τὸ πέλαγος. εἶεν δ' ὦ θεοὶ καὶ τὰ παρ' ὑμῶν ἐμπνεῦσαι δεξιὰ, ὡς νυνὶ γε μάλιστα πλησίου τε, καὶ ἐθελῶ, καὶ ἐπαίρου αὐέμοι δεόμεθα. ἵνα εἰ ἄξιοι φανούμεθα, καὶ ἡμῖν τὸ ὁμηρικὸν ἐκεῖνο ἐπιφθέγξηταί τις, οἷλν ἐκ ῥακέων ὁ γέρων ἐπιγουνίδα φαίνει.

tuúsque ô Teïe vates Cupido, intuitus me ſubcano mento, auro rutilantibus alis, ſi videbitur, vel aquilas præteruolet: neque laborabit Hippoclides. Imò nunc vel maximè tempeſtiuum fuerit facundia repubeſcere, florere, vigere, & quàm licet plurimos ab auribus ducere, ac ſæpe iaculari, cùm nihil ſit metuendum, ne ipſi inſcio pharetra vacuetur. Vides quibus modis ætatem meam, & ſenectam conſoler. Ideóque auſus ſum nauim iam olim in terram ſubductam, denuo reuellere, ſuiſque inſtructam armis medium in pelagus demittere. Contingant autem à vobis ô Dij, afflatus ſecundi, quando nunc vel maximè, vela implente, bono, & amico vento nobis eſt opus, vt ſi modò digni videbimur, in nos quoque dicat aliquis Homericum illud,

Quos' profert ſenior pannis è vilibus armos!

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΗΛΕΚΤΡΥΟΝ, Ἢ ΤΩΝ ΚΥΚΝΩΝ.

DE ELECTRO, SEV CYGNIS.

ARGVMENTVM.

Et hac superioribus consimilis præfatio est, in qua seipsum ac scripta sua extenuat, adhibita similitudine fabulæ eius, quæ de Electro ac Phaëtonte, ac cygnis Eridiani à poëtis traditur, quam vt fictam, ac falsam, præsenti experientia ostendit, ita se vereri quoque ait, ne conceptam de se opinionem auditorum, præsentia imminuat, ac falsam coarguat. Commendat tamen interim eo nomine orationem suam, quòd simplex sit, & minimè Cygnis illis Padanis ac fabulosis, quod ad canoritatem spectet, similis, neque etiam illorum fucatis scriptis, qui dum electrum, atque aurum, & speciosa omnia affectant, Eridanum ipsum, ac cygnos poëticos, vanitate, ac fumo longè excedant.

Ἤκουσα πέρι τοῦ ἤλεκτρου ὑμᾶς ἀληθῆ μῦθον πεπεῖσθαι, αἰγείρους ἐπὶ τῷ Ἠριδανῷ φυτευθῆναι δακρύσαντος, θρηνούσας τὸν Φαέθοντα, καὶ ἀδελφάς γε εἶναι τὰς αἰγείρους ἐκείνας τοῦ Φαέθοντος. εἶτα ὀδυρομένας τὸ μειρακίου, ἀλλαγῆναι ἐς τὰ δένδρα, καὶ ἀποστάζειν ἔτι αὐτῶν δάκρυον ἤδεν τὸ ἤλεκτρον. τοιαῦτα γὰρ ἐμέλει καὶ αὐτὸς ἀκούων τῶν ποιητῶν ᾄδοντων, ἤλπιζον, εἴ ποτε γένοιμι ἐπὶ τῷ Ἠριδανῷ, ὑπελθὼν μίαν τῶν αἰγείρων, ἐκπιτάσας τὸ στόμα,

A

B

Imirum vobis persuasit fabula de electro, populos esse ad Eridanum fluuium, quæ lachrymentur ipsum, Phaëthontem lugentes, easdémque populos sorores esse Phaëthontis, quæ adolescentem lamentantes, mutatæ sunt in arbores, suísque lachrymis electrum stillant. Hæc vtique cùm poëtas audirem canentes, sperabam, si quando ad Eridanum venissem, vnámq; ex populis subiissem, me sinu extenso

ὑποδέξεσθαι τῶν δακρύων ὀλίγα, ὡς ἤλεκτρον ἔχοιμι. καὶ δὴ οὐ πολλοῦ δεήσαντος ἄλλο μύθου χρέος, ἦκον ὅμως ἐς τὰ χωρία ἐκεῖνα, καὶ ἔδει γὰρ αὐτοῖς πλεῖν ἐπὶ τὸν Ἠριδανόν, οὔτε αὐτὸς εἶδον, πάνυ περισκοπῶν, οὔτε τὸ ἤλεκτρον, οὐδὲ τοὔνομα τὸ Φαέθοντος ἤδεισαν οἱ ἐπιχώριοι. ἀναζητοῦντος γοῦν ἐμοῦ, καὶ διαπυνθανομένου, πότε ἂν ἐπὶ ταῖς αὐγείαις ἀφιξόμεθα, ταῖς τὸ ἤλεκτρον ἐκδιδούσαις, ἐγέλων οἱ ναῦται, καὶ μᾶλλον σαφέστερον λέγειν ὁ, τι καὶ θέλοιμι. κἀγὼ τὸν μῦθον διηγούμην αὐτοῖς, Φαέθοντα γεγενῆσθαι ἡλίου παῖδα, καὶ τοῦτον ἐς ἡλικίαν ἐλθόντα, αἰτῆσαι παρὰ τοῦ πατρὸς ἐλάσαι τὸ ἅρμα, ὡς ποιήσειε καὶ αὐτὸς μίαν ἡμέραν. τὸν δὲ, δοῦναι. τὸν δὲ, ἀπολέσθαι, ἐκκυλισθέντα. καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ πενθούσας ἐνταῦθά που ἔφασαν παρ' ὑμῖν, ἵνα περ καὶ κατέπεσεν ὁ τῷ Ἠριδανῷ, αἰγείρους γεγενῆσθαι, καὶ δακρύειν ἔτι αὐτῷ τὸ ἤλεκτρον. τίς ταῦτά σοι ἔφασκον διηγήσατο ἀπατεών, καὶ ψευδολόγος ἀνθρωπος; ἡμεῖς δὲ οὔτε μὴν, οὔτε τὰς αἰγείρους, ἃς φὴς

paucas aliquas lachrymas excepturum, quò electrum haberem. Et sanè non multò antè alterius negotij gratia, ad ea loca veni. Nam mihi aduerso Eridano erat nauigandum. Neque tamen cùm omnia perlustrassem, populos vidi, neque electrum: at neque Phaëthontis nomen erat incolis notum. Cũ enim quærerem & scisciterar, quando ad populos electrum de se præbentes venturi essemus, irridebant nautæ, & quid vellem, iubebant planiùs dicerem. Tum ego fabulam ipsis narraui, Phaëthontem fuisse solis filium, qui cùm adoleuisset, à patre petijt vt per vnum diem sibi currum regere liceret: quo impetrato è curru deturbatus perijt: eius autem sorores hîc alicubi, apud vos, inquam, lugentes, vbi in Eridanum est delapsus, in populos fuisse transformatas, eúmque flendo electrum emittere. Quisnam, inquiunt, hæc tibi dixit impostor & mendax? Nos verò neque aurigam vllũ delapsum nouimus, neque quas dicis, populos habemꝰ. Quòd siquid huiusmodi apud nos esset,

νιοχόν τινα ἐκπεπτωκότα εἰδέναι ἔχομεν. εἰ δὲ μὴ τοιοῦτον,

δίει ἡμᾶς δυοῖν ὀβολοῖν ἕνεκα ἐρέσθειν αὖ, ἢ ἕλκειν τὰ πλοῖα πρὸς ἑαυτὸν τὸ ὕδωρ, οἷς ἐξεῖν πλουτεῖν, ἀναλέγοντας τῶν ἀγειράντων τὰ δάκρυα; τοῦτο λεχθὲν, οὐ μετρίως μου κατέκλασε. κἀγὼ ἐσιώπησα διαχυθείς, ὅτι παιδίου τινὸς ὡς ἀληθῶς ἔργον ἐπενοήθην, πιστεύσας τοῖς ποιηταῖς ἀπίθανα οὕτω ψευδομένοις, ὡς μηδὲν ὑγιὲς ἀρέσκεσθαι αὐτοῖς. μιᾷ γὲ δὴ ταύτης ἐλπίδος οὐ μικρᾶς ἐψευσμένος. ἰὼἰωμίλιν, καθάπερ ἐκ τῶν χειρῶν τὸ ἠλέκτρον ἀπολωλεκώς. ὅσον γε ἤδη αὖ ἐπλάπλουν ὅσα καὶ οἷα χρήσομαι αὐτῷ. ἐκεῖνο δὲ κἀγὼ πάνυ ἀληθῶς ᾠμην εὑρήσειν παρ' αὐτοῖς, κύκνοις πολλοὺς ἀφθέντας ἐπὶ ταῖς ὄχθαις τοῦ ποταμοῦ. καὶ αὖθις ἠρώτων τοὺς ναύτας, ἀνεπλέομεν γὰρ ἔτι, ἀλλ' οἵγε κύκνοι, πότερα ὑμῖν τὸ λιγυρὸν ἐκεῖνο ᾄδουσιν ἐφεστῶτες τῷ ποταμῷ, ἔνθεν κἀκεῖθεν; φασὶ γοῦν Ἀπόλλωνος παρέδρους αὐτοὺς εἶναι, ᾠδικοὺς ἀνθρώπους, ἐνταῦθά που ἐς τὰ ὄρνεα μεταπεσεῖν, καὶ διὰ τοῦτο ᾄδειν ἔτι, ἐκ παλαιοῦ μύθου τῆς μουσικῆς. οἶδε, συμγέλωτι, σὺ ἔφησεν ὦ ἄνθρωπε, οὐ πάνυ τι μέτριον κατεψευδόμενος τῆς χάριτος ἡμῶν, καὶ τῷ

putas nos duorum obolorum gratia remigaturos, aut aduerso flumine nauigia tracturos, quibus lachrymas populorum colligentibus facile esset ditescere? His dictis non mediocriter sum perculsus, & pudore affectus tacui, quòd quiddam puerile mihi accidisset, vt crederem poëtis tam absurda mentientibus, vt nihil sani placeret ipsis. Vnica igitur hac spe nec illa mediocri deceptus, indolebam ac si è manibus electrum perdidissem: ego qui iam animo concipiebam quem mihi præberet vsum. Porrò & apud ipsos pro certo putabam fore, vt cygnos inuenirem complures insluuij ripis canentes: ac denuo nautas interrogabam, cùm adhuc nauigaremus, At cygni, quando vobis dulce illud melos accinunt, hinc atque illinc incumbentes? Aiunt enim eos cùm essent, Apollinis assessores, canorique homines, hîc alicubi in aues esse mutatos, ideóque etiamnũ canere, musices non oblitos. Tum illi ridentes, tu homo, inquiunt, non desines falsa hodie de regione nostra, & de

ποταμῶ; ἡμεῖς δ' ἀεὶ πλέοντες, καὶ σχεδὸν ἐκ παίδων ἐρεσσόμενοι ἐν τῷ Ηριδανῷ, ὀλίγοις μὲν κύκνοις ἐνίοτε ὀφθῆμεν ἐν τοῖς ἕλεσι τοῦ ποταμοῦ, καὶ κρώζουσιν οὗτοι παῦ ἄμουσον, καὶ ἀδετέες, ὡς τοὺς κόρακας, ἢ τοὺς κολοιούς, σειρῆνας μὲν εἶναι φασὶν αὐτούς. ἀδόντων δὲ ἡμῶν, καὶ οἷον σὺ φῂς, οὐδὲ ὄναρ ἀκηκόαμεν. ὥστε θαυμάζομεν πόθεν ποτὲ τοῦτο εἰς ὑμᾶς ἀφίκετο περὶ ἡμῶν. πολλὰ τοιαῦτα ἐξαπατηθῆναι ἔνι, πιστεύοντας τοῖς φασὶ τὸ μεῖζον ἕκαστα ἐξηγουμένοις. ὥστε καγὼ νῦν δέδια ὑπὲρ ἐμαυτοῦ, μὴ ὑμεῖς ἀφῖκθε ἀφιγμένοι, καὶ τοῦτο πρῶτον ἀκροασάμενοι ἡμῶν, ἤλεκτρά τινα, καὶ κύκνους ἐλπίσαντες εὑρήσειν παρ' ἡμῖν, ἔπειτα μετ' ὀλίγον ἀπελθητε καταγελῶντες τῶν ὑποσχομένων ὑμῖν, τοιαῦτα πολλὰ κεκμήλια ἐνεῖναι τοῖς λόγοις. ἀλλὰ μαρτύρομαι, ὡς ἐμοῦ τοιαῦτα μεγαλαυχουμένου. περὶ τῶν ἐμῶν, οὔτε ὑμεῖς, οὔτε ἄλλος πω ἀκήκοεν, οὐδ' ἂν ἀκούσειέ ποτε. ἄλλοις μὲν γὰρ ἐκ ὀλίγοις ἐντυχὼν ἂν Ηριδανοῖς ποτε, καὶ οἷς ἐκ ἤλεκτρον, ἀλλὰ χρυσὸς αὐτοὺς ἀποσταζει τῶν λόγων, πολὺ τῶν κύκνων τῶν ποιητικῶν λιγυεστέρους. τὸ δ'

fluuio dicere? Nos autem qui semper nauigamus, & ferè à pueris nauticam in Eridano exercemus, paucos quidem cygnos in fluuij paludibus nonnunquam cernimus, qui inamœna, debilíque voce crocitant: ita vt corui & graculi præ illis sint Sirenes. Cæterùm illos dulce, quemadmodum dicis, canentes, ne in somnis quidem audiuimus. Itaque demiramur vndenam ista de nobis conficta ad vos venerint. In multis id genus facilè decipiuntur, qui singula plus iusto amplificãtibus credũt. Itaq; ego equidẽ quod ad me attinet, vereor ne vos qui nuper aduenistis, ac nos nũc primùm audiuistis, sperantes fore vt electrum & cygnos apud nos inueniretis, deinde paulò pòst abeatis, deridentes eos qui meis orationibus multas opes inesse spondebant. At Deos testor, me neque à vobis, neque ab alio quoquam auditum esse, atque vnquam auditum iri mea sic magnificè iactãtem. Etenim in alios quospiam Eridanos incidere possis, quorum ex sermonibus non electrum, sed aurum ipsum destillat, cũ cygnis illis poëticis sint multò facundiores.

ἐμὸν ὁρᾶτε ἤδη οὐδὲν οἷον ἀπλοϊκὸν, καὶ ἄμυδρον, οὐδέ τις ᾠδὴ προσέστιν. ὥστε ὅρα μὴ τοιοῦτό τι πάθῃς, μείζω περὶ ἡμῶν ἐλπίσας, οἷόν τι πάσχουσιν οἱ τὰ ἐν τῷ ὕδατι ὁρῶντες. οἰόμενοι γὰρ τηλικαῦτα εἶναι αὐτὰ οἷα διεφαίνετο αὐτοῖς ἄνωθεν, συνυγρούσης τῆς σκιᾶς πρὸς τὸν ἀγγεῖον, ἐπειδὰν ἀναπάσωσι, πολλῷ μικρότερα εὑρίσκοντες, ἀγιῶνται. ἤδη οὖν σοι προλέγω, ἐκχέας τὸ ὕδωρ, καὶ ἀποκαλύψας τἀμά, μηδὲν μέγα προσδοκήσῃς ἀνιμήσεσθαι, ἢ σαυτὸν αἰτιάσῃ τῆς ἐλπίδος.

Mea verò dicēdi ratio quàm sit simplex, & à fabulis aliena, videtis, neque ipsi insit modulatio. Itaque vide ne tibi tale quid accidat, quum maiora de nobis speraueris, quale ijs qui quæ sunt sub aquis, spectant. Nam cùm existimarent tanta esse ea, quanta ipsis ex alto videbantur, vmbra sese ad splendorem dilatante, postquam retraxerint, multò minoribus inuentis illis, dolent. Iam igitur effusa aqua, meisque rebus reuelatis, tibi prædico, vt magni nihil hausturum te expectes, alioqui fore vt te falsæ spei accuses.

ΜΥΙΑΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ. MVSCÆ ENCOMIVM.

ARGVMENTVM.

Muscæ laudes diligenter & copiosè persequitur. Principio enim quæcunque ad corporis habitum, formam ac membra, & ad vsum istem eorum pertinent, ita sigillatim persequitur quæque, vt nihil prætermissum possis dicere. Deinde verò & ad interiora, & ad animum transiens, prudentiam quandam & fortitudinem in illa commendat, adhibitis etiam ad hoc testimonijs Homeri. Postremò neque illa intacta reliquit, quæ quasi à fortuna accepisse videri potest, vt Reminiscentiam istam, ob quam cum Hermotimo Pythagorico confert quoque illam. Deinde & victu, & diæta rationem, & quòd aliquando ex hominibus transmutata fuit, & eodem nomine etiam fœmina quædam appellata fuerunt, & alia, quæ in contextu ac serie orationis facilè cuiuis apparent.

Μυῖα, ἔστι μὲν οὐ τὸ σμικρότατον τῶν ὀρνέων, ὅσον ἐμπίπτει, καὶ κανωφ, καὶ τοῖς ἔτι λεπτοτέροις παραβάλλειν, ἀλλὰ τοσοῦτον ἐκείνων μεγέθει προέχει, ὅσον αὐτὴ μελίττης ἀπολείπεται. ἐπέρωτα δ' οὐ κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἄλλοις, ὡς τοῖς μέν, ἀπαρταχόθεν κομᾷν τὸ σώματος, τοῖς δ', ἀκμπτέροις χρῆσθαι, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἀκρίδας, καὶ τέττιγας, καὶ μελίττας. ἔστι μὲν ὑμενόπτερος, τοσοῦτον ἀπαλώτερα ἔχουσα τὰ πτερὰ, ὅσον ἡ ἐλλιψικῆς ἐσθῆτος ἢ ἰνδικὴ λεπτοτέρα, καὶ μελανωτέρα. καὶ μὴν διηνθισμένα κατὰ τοὺς ταινίας, εἴ τις ἀτενὲς βλέποι ἐς αὐτὰ, ὁπόταν ἐκπετάσασα πρὸς τὸν ἥλιον, ἐκπτερύσσηται. ἡ δὲ πτῆσις οὔτε κατὰ τὰς νυκτερίδας, εἱρεσίᾳ συνεχεῖ τῶν πτερῶν, οὔτε κατὰ τὰς ἀκρίδας μετὰ πηδήματος, οὐδὲ ὡς οἱ σφῆκες μετὰ ῥοιζήματος, ἀλλ' εὐκαμπὴς πρὸς ὃ, τι ἂν μέρος ἐρέμνῃ τὸ ἄλλο. καὶ μὴν καὶ ἐκεῖνο προέστηκεν αὐτῇ, τὸ μὴ καθ' ἡσυχίαν, ἀλλὰ μετ' ὠδῆς πτῆσθαι, καὶ ἀπηνῶς οἷα κωλικὰ

Vsca est, equidem volucrum non minima, si cum muscellis & culicibus, aliisque tenuioribus comparetur: sed tanto illis est maior, quanto ipsa apem minor. Est autem alata non eo modo quo cæteræ volucres, quarum aliæ pennas in toto habent corpore; aliæ pernicibus alis vtuntur: sed quo locustæ, cicadæ, & apes. Atque ex pelliculis sunt eius alæ, quæ tanto sunt molliores, quanto Græca veste tenuior & mollior est Indica. Quinetiam varijs picta coloribus refulget perinde ac pauones, siquis attentè inspiciat ipsam, quando expansis ad solem alis sese verberitat. Est illi volatus non continuo alarum remigio vt vespertilionibus: neque saltu, vt locustis: neque cum stridore, vt vespis, verùm flexilis, ad quamcunque aëris partẽ se moueat. Adde quod non cum silentio, sed cum cãtu volat: nõ sæuiter: vt cu-

licum

ψώπων, καὶ ἐμπίδων, οὐδὲ τὸ βαρύβρομον τῶν μελισσῶν, ἢ τῶ σφηκῶν τὸ φοβερὸν, καὶ ἀπειλητικὸν ἐνδεικνυμένης, ἀλλὰ τοσοῦτον ὅσῳ λιγυρώτερα, ὅσον σάλπιγγος, καὶ κυμβάλων, αὐλοὶ μελιχρότεροι. τὸ δ' ἄλλο σῶμα, κάτω κεφαλὴ, λεπτότατα τῷ αὐχένι συνέχεται, καὶ ἔστιν εὐπειθὲς, οὐ συμπεφυκὸς ὥσπερ ἡ τῶν ἀκρίδων. ὀφθαλμοὶ δὲ, φορητοὶ, πολὺ τὸ κέρατος ἔχοντες, στέρνον εὐπαγές. καὶ εὐπερίκαστον αὐτῇ οἱ πόδες, οὐ κατὰ τοὺς σφηκὸς παῦν. ἐσφιγμένοι. ἡ γαστὴρ δὲ, ἀχύρωται καὶ αὐτὴ, καὶ ζωρακι ἔοικε, ζώνας πλατείας, καὶ φολίδας ἔχουσα. ἀμυνέται μὴν τοῖς οὐ κατὰ τὸ ὀρθοτύμον ὡς σφῆξ, καὶ μέλισσα, ἀλλὰ τῷ σώματι, καὶ τῇ φορβοκίδι, ᾗ κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἐλέφασι καὶ αὕτη ἔχουσα, φορομένη τε, καὶ ἁπλαμβανέται, καὶ φορφοῦσα κατέχει, καταλήγει κατὰ τὸ ἄκρον ἔοικυῖα. ἐν δ' αὐτῇ, ὁδοὶ φορικῶσι, ᾗ κεντοῦσα, πίνει τὸ αἷματος. πίνει μὴν καὶ γάλακτος. ἡδὺ δ' αὐτῇ καὶ τὸ αἷμα, οὐ μὴν μεγάλης ἡδονῆς τῶν κεντρομένων. ἐξάπους δ' οὖσα, τοῖς μὲν πρόσω-

licum genus: neque cum graui fremitu apum, neque terribili sono vespa-rum, minas ostentantium, sed tanto suauius volat A musca, quanto tuba, cymbalisque tibiæ sunt dulciores. Quod ad reliquum corpus attinet, caput quidem tenuissimum collo B continetur, & est versatile, non ceruici affixum, vt est locustarum. Oculi verò multum cornu habentes prominent: pectus est bene compactum: & producuntur pedes, non vt C vespis prorsus adstricti: venter ipse est munitus, similisque loricæ, habens latas zonas, & cortices. Vlciscitur non aculeo vt vespæ, & apis, sed ore & proboscide, quam vt elephantes habet, pascitúrque & prehendit, atque inhærens retinet, acetabulum in summitate referens: ex qua dens foras prominet, quo pungens sanguinem ebibit, bibit & lac. Dulcis autem etiam ipsi est sanguis, non magno cum dolore eorum qui punguntur. At cùm sit sexipes, quatuor tantùm

βαδίζει μόνοις, τοῖς ὄπισθίοις δυσὶ, καὶ ὅσα χερσὶ χρῆται. ἴδοις ἂν οὖν αὐτὸν ὀπὶ τετάρων βεβηκότα, ἔχοντα τὰ ἐν ταῖν χερσῖν μετέωρον ἐφόλμιον ἀνθρωπίνως πάνυ, καὶ καθ' ἡμᾶς. γίγνεται δ' οὐκ εὐθὺς τοιοῦτο, ἀλλὰ σκώληξ τὸ πρῶτον, ἤτοι ἐκ ἀνθρώπων, ἢ ἄλλων ζώων ἀποθανόντων. εἶτα κατ' ὀλίγον πόδας τε ἀνφέρει, καὶ φύει τὰ πτερὰ, καὶ ἐκ ἑρπετοῦ ὄρνεον γίγνεται. καὶ κυνοφορεῖ δὴ, καὶ ἀποτίκτει σκώληκα μικρὸν τὴν μυῖαν ὕστερον. σοφὸς δὲ ἀνθρώποις ὑπαφχουσα, καὶ ὁμοδίαιτος, καὶ ὁμοτράπεζος, ἁπάντων γεύεται, πλὴν ἐλαίου. θανατος γὰρ αὐτῇ τοῦτο πεῖν. καὶ μὴν τοι ὠκύμορος οὖσα, πάνυ γε ἐς τενὰν ὁ βίος αὐτῆς συμμεμέτρηται, τῷ φωτὶ χαίρει μάλιστα, καὶ τούτῳ πολιτεύεται. νυκτὸς δὲ, εἰρωμένως ἄγει, καὶ οὔτε πέτεται, οὔτε ᾄδει, ἀλλ' ὑπέπηχε, καὶ ἀσφαλεῖ. σύνεσιν δὲ ἐ μικραὶ αὐτῆς εἰπεῖν ἔχω, ὁπόταν τὸν ὀπίβουλον καὶ πολέμιον αὐτῇ τ' ἀράχνιον διασιδέρωτον. λοχῶντά τε γὰρ ὀπτῆρεῖ, καὶ αὐτίον αὐτῷ ὁρᾷ, ἐκκλίνουσα τὴν ὁρμὴν, ὡς μὴ ἁλίσκοιτο σαγηνευθεῖσα, καὶ περιπεσοῦσα ταῖς τῷ ἀν-

incedit, aliísque duobus anterioribus vtitur tanquam manibus. Ipsam igitur quatuor pedibus gradientem videas, atque edulium aliquod manibus tenentem sublime, humano prorsus, nostróque more. Nascitur autem non statim talis, sed vermis primùm, vel ex hominum, vel ex aliorum animalium cadaueribus. Deinde sensim & pedes emittit, & producit alas, fítque ex reptili volucris. Tum verò vterum gerit, paruúmq; vermem enitítur, qui postea est musca. Cúmque hominum vtatur consuetudine, eorũque contubernalis sit, & commensalis, omnia præter oleum degũstat, quod epotũ ipsi est lethale. Ac quãquam breuis est ęui, valdè enim angusta data est illi vita, luce gaudet potissimùm, per eámque obuersatur: noctu autem quiescit, nec volat, nec canit, sed se contrahit & non mouetur. Prudentiam ipsius dicere possum esse non exiguam, cùm insidiatorem hostémque suum Araneum effugiat. Etenim obseruat insidiantem, aduersúmq; intuetur, declinans illius impetum, ne capiatur irretita, & in bestiolæ

εἰου πλεκτάνας. τὴν μὲν γὰρ ἀνδρείαν, καὶ τὴν ἀλκὴν αὐτῆς, οὐχ ἡμᾶς χρὴ λέγειν. ἀλλ' ὁ μεγαλοφωνότατος τῶν ποιητῶν Ὅμηρος, τὸν γὰρ ἄριστον τῶν ἡρώων ἐπαινέσαι ζητῶν, ἢ λέοντι, ἢ παρδάλει, ἢ ὑὶ τὴν ἀλκὴν αὐτῶν εἰκάζει, ἀλλὰ τὸ θάρσος τῆς μυίας, καὶ τῷ ἀρέσθαι καὶ λιπαρεῖν τῆς ἐπιχειρήσεως. οὐδὲ γὰρ θράσος, ἀλλὰ θάρσος φησὶν αὐτὴ προσεῖναι. καὶ γὰρ εἰσερχομένην φησὶν, ὅμως ἂν ἀφίσαται, ἀλλ' ἐρίσται τῷ δήγματος. οὕτω γὴ παῦ ἐπαινεῖ, καὶ ἀποδέχεται τὴν μυῖαν, ὥστε οὐχ ἁπαξ, οὐδὲ ἐν ὀλίγοις μέμνηται αὐτῆς, ἀλλὰ πολλάκις. οὕτω κοσμεῖ τὰ ἐπὶ μικρὸν ὑμνούμενα. ἄρτι μὲν γὰρ τὴν ἀγελαίαν πᾶσιν αὐτῆς ἐπὶ τὸ γάλα διέρχεται. ἄρτι δὲ, τὴν Ἀθηνᾶν ὁπότε τὸν Μενέλεω τὸ βέλος ἀποκρούεται, ὡς μὴ ἐπὶ τὰ καιριώτατα ἐμπέσοι, εἰκάζων μητρὶ κηδομένῃ κοιμωμένου αὐτῇ τὸ βρέφους, τὴν μυῖαν αὖθις ἐπεισάγει τῷ προσδείγματι. καὶ μὲν καὶ ἐπιδέτῳ κηλίδι αὐτὰς ἐκόσμησεν, ἀδήνας προσειπών, καὶ τὴν ἀγέλην αὐτῶν ἔδνα κηλῶν. ὅτου δὲ ἰσχυρὰ ὄντι, ὥστε ὀπύσαι τι δάκνῃ, πρόσπεσε, ὦ

casses incidens. Nam fortitudinem & robur eius, non est quod dicam. Sed Homerus poëtarum maximus, cùm quæreret quomodo heroum præstantissimum laudaret, non leoni, pardo-ue, aut apro comparat robur illius, sed muscæ audaciæ, intrepidóque & constanti ad cœpta animo. Non enim temeritatem, sed fiduciam ipsi inesse dicit. Nam quum arcetur, inquit, tamen non abscedit, sed morsum appetit. Sic autem magnopere laudat muscam, & amplectitur, vt non semel, neque paucis in locis, sed sæpe de ea meminerit: ita illius commemoratio exornat carmina. Nunc enim gregarium eius volatum ad lac exponit: nunc Minernam, matri dormienti infanti curanti comparans, quando telum à Menelao repellit, ne in lethalia loca incidat, muscam rursus in exemplum adducit. Quinetiam epitheto pulcherrimo ipsas ornauit, suaues ipsas appellans, ipsarúmque gregem gentes vocans. Adeò autem est valida, vt aliquid mordens vulneret, non

ἀνθρώπου θέρμα μόνον, ἀλλὰ καὶ βοὸς, καὶ ἵππου. καὶ ἐλέφαντα λυπεῖ, καὶ ταὶς ῥυτίσιν αὐτῶν παρεισδυομένη, καὶ τῇ αὐτῆς θερμομαίᾳ, κατὰ λόγον τὸ μεγέθοις ἀμείνουσα. μίξεως δ', καὶ ἀφροδισίων, καὶ γάμων, πολλή τις αὐτοῖς ἡ ἐλευθερία. καὶ ὁ ἄρρην οὐ κατὰ τὸν ἀλεκτρυόνας ὀπιθας εὐθὺς ἀπεπήδησεν, ἀλλ' ἐποχεῖται τῇ θηλείᾳ ὀπιπολὺ, κἀκείνη φέρει τὸν νυμφίον, καὶ συμπέτονται τὴν ἐναέριον ἐκείνην μίξιν τῇ πτήσει μὴ διαφθείρασαι. ἀποτμηθεῖσα δὲ τὴν κεφαλὴν μῦα, ὀπιπολὺ ζῇ τῷ ἄλλῳ σώματι, καὶ ἔμπνους ἐστίν. ὃ δὲ μέγιστον ἐν τῇ φύσει αὐτῶν ὑπάρχει, τοῦτο δὴ βούλομαι εἰπεῖν. καί μοι δοκεῖ ὁ Πλάτων μόνον αὐτὸ παραλιπεῖν ἐν τῷ περὶ ψυχῆς, καὶ ἀθανασίας αὐτῆς λόγῳ. ἀποθανοῦσα γὰρ μῦα, τέφρας ὀπιχυθείσης, αἴρεται, καὶ παλιγγενεσία τις αὐτῇ, καὶ βίος ἄλλος ἐξ ὑπαρχῆς γίνεται, ὡς ἀκριβῶς πεπεῖσθαι πάντας, ὅτι κἀκείνων ἀθάνατός ἐστιν, ἡ ψυχὴ, εἰγε καὶ ἀπελθοῦσα, ἐπανέρχεται πάλιν, καὶ γνωρίζει, καὶ ἐπανίσησι τὸ σῶμα, καὶ πέπεισε τὴν μῦαν ποιεῖ. καὶ ἐπαλήθευε τὸ περὶ

hominis solùm, sed bouis, & equi cuten Elephanti etiam est me lesta, quum eius in ru gas ingressa, sua probo scide, pro ratione ma gnitudinis incisuram faci Coitus, venerea, nuptiæ sunt ipsis liberrima: ne mas, prout galli, quum inscenderit, statim desilit sed diu vehitur à fœmi na, quæ fert sponsum: conuolántque, nec aërium illum coitum volatu de-strunnt. Obtruncata verò capite musca diu reliquo corpore viuit, & spirat. Quod autem in ipsarum natura est maximum, ta-cere nolo: & hoc vnum mihi videtur omisisse Pla-to libris de anima, eiús-que immortalitate. Mor-tua namque musca super-fuso cinere reuiuiscit, & noua quædam generatio, atque ab integro alia ei fit vita: vt planè persua-sum sit omnibus, illa-rum etiam immortalem esse animam: siquidem & digressa reuertitur, & agnoscit, suscitátque corpus, muscámque volare facit: illámque de Hermotimo

num Antilochi, num Hipponactis? An spretis his Rhetores potiùs præ manibus habes? dic mihi legisti ne Æschinis orationem contra Timarchum? an verò iam illa omnia tenes, & nota sunt singula? An in Aristophane, & Eupolide totus es? Legisti Baptas, totámque fabulam percurristi? Nihil-ne eorum quæ ibi dicuntur, te perstrinxit: non ijs agnitis erubuisti? Hoc equidem miretur maximè aliquis, quem librum cordi habens attingas, qualibus manibus verses: quando legas: num interdiu? at nemo te vidit vnquam id facientem. At noctu? an quum iam illis es intentus, aut ante exercitia? sed & ante tenebras? Nihil huiusmodi ausis ampliùs: sed missos face libros: rémque tuam solùm age: quanquam hoc quoque indignum est, debuerásque saltem Euripidis Phædram vereri, qua mulieribus his verbis succenset.

Nullas tenebras expauescunt conscias,
Timent-ue tecta ne loquantur ædium.

Οὐδὲ σκότον φείσονται τὸν συνεργάτην,
Τέγεσιν τ' οἴκων μήποτε φθονήσωσ' ἀφῆ.

Εἰ δ' παίτως ἠμυθήσω τῇ ὁμοίᾳ

Quòd si omnino decreuisti

νόσῳ διέγνωσται, ἴθι, ἀνῆ μοὶ βιβλία. καὶ οἴκοι κατακλείσας, ἔχε, καὶ καρπῶ τὴν δόξαν τ κτημάτων. ἱκανόν σοι καὶ τοῦτο. σεσοφῆ ὦ μηδέπω, μηδὲ μαίνεσθαι, μηδὲ ὑπαγάγης τῇ γλώττῃ παλαιῶν ἀνδρῶν λόγους, καὶ ποιήματα, μηδὲν δεινόν σε εἰργασμένα. οἶδα ὡς μάτην ταῦτά μοι λελήρηται, ἢ κ' τὴν παιδιάν, αἰδέσπα σμήχειν ὑπχειρῶ. σὺ δὲ ὠνήσῃ, ἢ χρήσῃ ἐς οὐδέν, καὶ καταγελασθήσῃ πρὸς τῶν πεπαιδευμένων, οἷς ἀπόχρη ὠφελῆσθαι, ὃν ἐν τῷ κάλλει τῶν βιβλίων, ἢδ' ἐν τῆς πολυτελείας αὐτῶν, ἀλλ' ἐν τῆς φωνῆς, ἢ τῆς γνώμης τῶν γεγραφότων. σὺ δ' οἴει θεραπεύσειν τὴν ἀπαιδευσίαν, καὶ ὑπκαλύψειν τῇ δόξῃ ταύτῃ, καὶ ἐκπλήξειν τῷ πλήθει τῶν βιβλίων, οὐκ εἰδὼς ὅτι ἢ οἱ ἀμαθέστατοι τῶν ἰατρῶν τὸ αὐτό σοι πείσουσιν, ἐλεφαντίνους ῥάβδους, καὶ σκύμας ἀργυρᾶς ποιούμενοι, ἢ σμίλας χρυσοκολλήτους. ὁπόταν δ' ἢ χρήσασθαι τούτοις δέῃ, οἰμῶ, οὐδὲ ὅπως χρὴ μετακειέσασθαι αὐτὰ ἴσασι. παρελθὼν δέ τις εἰς τὸ μέσον τῶν μεμαθηκότων, φλεβότομον εὖ μάλα ἠκονημένον ἔχων, ἴθ' τἆλλα μέσον,

tuo in morbo permanere, i, libros eme, & domi conclusos habe, & partorum bonorum gloria fruere: hoc tibi sufficit. Necdum tangas, nec legas, nec A lingua persequaris priscorum virorum orationes, & poëmata, non malè de te merita. Scio me hæc frustra nugatum, & quod vulgo fertur, Æthiopem lauare. B Tu enim libros emes, nec ijs vteris, & à viris eruditis irrideberis, qui fructum non captant, ex librorum pulchritudine, magnóque pretio, sed ex scriptorum dictis, & sententijs. Tu verò speras ista opinione posse tuam inscitiam curare & obuelare, codicúmque multitudine vulgus obstupefacere: nescius me- D dicos imperitissimos idem facere, qui eburneas ferulas, & cucurbitas argenteas, & aurea scalpella comparant: quibus quum est vtendum, ne id quidem sciunt, quo pacto manibus sint tractanda. Peritus verò quispiam alius in medium prodiens phlebotomo peracuto, cæterùm rubigine pleno, instructus

ἀπαλλαξε τῆς ὀδύνης τὸν νοσοῦντα. ἵνα ᾖ καὶ γελοιοτέρῳ πρὸς τὰ σὰ εἰκάσαι, τοὺς κουρέας τούτους ἐπίσκεψαι. καὶ ὅρᾳς τοὺς μὴ τεχνίτας αὐτῶν, ξυεῖν, καὶ μαχαιρίδας, καὶ κάτοπτρον σύμμετρον ἔχοντας. τοὺς δὲ ἀμαθεῖς, καὶ ἰδιώτας, πλῆθος μαχαιρίδων προτιθέντας, καὶ κάτοπτρα μεγάλα. οὐ μὴν λήσειν γε δοκοῦσι τοῦτο οὐδὲν εἰδότας. ἀλλὰ τὸ γελοιότατον ἐκεῖνο πάσχουσιν, ὅτι κείρονται μὲν οἱ πολλοὶ παρὰ τοῖς γείτοσιν αὐτῶν. προὶς δὲ τὰ ἐκείνων κάτοπτρα προσελθόντες, τὰς κόμας ξυσπίζουσι. καὶ σὺ τοίνυν, ἄλλῳ μὲν δεηθέντι, χρήσεις ἂν τὰ βιβλία, χρήσαιο δ' αὐτὸς οὐκ ἂν ἅψαιο. καίτοι οὐδὲ ἔχρησας οὐδενὶ βιβλίον πώποτε, ἀλλὰ τὸ τῆς κυνὸς ποιεῖς, ἣ ἐν τῇ φάτνῃ κατακειμένη. ἣ οὔτε ἄυτὴ τῶν κριθῶν ἐδέται, οὔτε τῷ ἵππῳ ἅψασθαι φαγεῖν ἐπιβάπει. ταῦτα τοίνυν καὶ σοὶ ἔοικε, κἂν μόνων τῶν βιβλίων παῤῥησιάζομαι πρὸς σέ. ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων, ὅτα κατάπυστα, καὶ κούστη πολλάκις.

ægrum dolore liberat. Sed vt, quod facis, cum re magis ridicula comparem: respice tonsores istos: & inuenies eos qui artem callent, nouaculam, forcipes, & mediocre speculum habere: sed ignaros, & rudes, etiamsi multos forcipes, magnáque specula proponant: non tamen latere, quòd nihil calleant artis tonsoriæ. Sed hoc illis risu dignissimum accidit, quod plerique apud suos vicinos tondentur, ad eorúmque specula comas componunt. Et tu quidem alij cui opus esset, libros commodare posses: vti verò ipse non posses. Atqui nulli commodasti vnquam librum: sed id facis quod in præsepe canis, qui cùm hordeo non vescatur ipse, neque equum qui potest, vesci sinit. Hæc in præsentia pro libris tantùm in te liberè dico: quod ad cætera attinet, quæ abominanda, & vituperanda committis: de his posthac sæpius audies.

ἐπονείδιστα ποιεῖς, αὖθις σα-

DE

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΗ ΡΑΔΙΩΣ ΠΙΣΤΕΥΕΙΝ ΔΙΑΒΟΛΗ.

DE NON TEMERE CREDENDO CALumniæ.

ARGVMENTVM.

Argumentum, ac summam orationis, titulus indicat, videlicet quòd non temerè credēdum sit calumniæ, propterea quòd multi propriis affectibus aut commodi impulsi, innocentes sæpenumero, & bonos viros, apud eos, qui facilè delationibus quibuslibet aures & fidem adhibent, per iniuriam ac fraudem opprimant. Oratio est didactica, nisi quòd circa finem etiam ad suasorium genus aliqua parte pertinere videri potest. Vbi consulit, ac monet delatores non facilè admittendos atque audiendos esse, aut certè ea, quæ deferuntur, diligenter perpendenda, quòd ex huiusmodi calumnijs, multa ac grauia mala fermè sequantur.

Εἰσόγε ἡ ἄγνοια, καὶ πολλῶν κακῶν αἰτία, ἀνθρώποις ὥσπερ ἀχλύν τινα καταχέασα τῶν πραγμάτων, καὶ τὴν ἀληθειαν ἀμαυροῦσα, καὶ τὸν ἑκάστου βίον ἐσκιαζουσα. ἐν σκότῳ γοῦν πλανωμένοις παῦτες ἐοικαμεν. μᾶλλον δὲ τυφλοῖς ὁμοιοι πεπονθαμεν, τῷ μὴ, προσπαίοντες ἀλόγως. τῷ δὲ, προβαίνοντες οὐδὲν δεον. καὶ τὸ μὲν πλησιον, καὶ παρα πόδας, οὐχ ὁρῶντες. τὸ δὲ πόρρω, καὶ παμπλυ διεστηκὸς, ὡς ἐνοχλοῦν δεδιότες. καὶ φλοιῶ, ἐφ' ἑκάστου τῶν

Ala res est ignorantia, & multorū malorum hominibus causa, quæ non solū rebus humanis veluti caliginem quandam offundit: sed etiam veritatē obscurat, & priuati cuiusque vitæ umbram obducit. Quò fit vt perinde atq; qui in tenebris errant, imò haud aliter quā cæci, iam huc, iam illuc impingamus temerè: aliud cū nihil sit opus, prætereamus: nec quod propinquum & ante pedes est situ videamus: quod verò est remotū, procúlq; dissitū, vt molestū formidem°. Deniq; in singulis

ωερπλωμένων ὐ διαλείπομεν τὰ πολλὰ ὀλισθάνοντες. τοι γάρ τοι μυείας ἤδη τοῖς ψαγωδοδιδασκάλοις ἀφορμὰς εἰς τὰ δράματα τὸ τοιοῦτον παρέσχηται, τὸν Λαβδακίδας, καὶ τὸν Πελοπίδας, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια. σχεδὸν γὰρ τὰ πλεῖστα τῶν ἐν τῇ σκηνῇ ἀναβαινόντων κακῶν, ἔνεστι τις ἂν εἰπεῖν τῆς ἀγνοίας, καθάπερ ἐπὶ τραγικοῦ δαίμονός τινος κεχορηγημένα. λέγω δὲ ἐγὼ τὰ ἄλλα μὲν ἀποβλέπων, μάλιστα δὲ εἰς τὰς ὑπ' ἀληθεῖς κατ' ἐμῶν καὶ οἰκείων διαβολάς. ὑφ' ὧν ἤδη καὶ οἶκοι ἀνάστατοι γεγόνασι, καὶ πόλεις ὁρῶσιν ἀπολώλασι, πατέρες τε κατὰ παίδων ἐξεμάνησαν, καὶ ἀδελφοὶ κατὰ τῶν ὁμογνίων, καὶ παῖδες κατὰ τῶν γεννησάντων, καὶ ἔρωτες κατὰ τῶν ἐρωμένων. πολλαὶ δὲ καὶ φιλίαι συνεκόπησαν, καὶ οἶκοι συνεχύθησαν ἐπὶ τοῖς διαβολαῖς πιθανότητος. ἵν' οὖν ὡς ἥκιστα περιπέσωμεν αὐταῖς, ἵνα δείξαι βούλομαι τῷ λόγῳ, καθάπερ ἐπί τινος γραφῆς, ὁποῖόν τί ἐστιν ἡ διαβολή, καὶ πόθεν ἄρχεται, καὶ ὁποῖα ἐξεργάζεται. μᾶλλον δὲ Ἀπελλῆς ὁ Ἐφέσιος πάλαι ταῦτ' ἐποίησε ωεφ-

quæ agimus nunquàm non labimur. Quocirca istud iam innumera tragœdiarum scribendarum argumenta præbuit, Labdacidarum, & Pelopidarum fata, idque genus alia. Nam malorum quæ in scenam ascendunt, pars ferè maxima, ab ignorantia seu tragico Deo comperias orta. Hoc dico ad alia etiam respiciens: in primis verò ad falsas calumnias quibus familiares & amici petuntur: à quibus iam, & subuersæ sunt familiæ, & ciuitates fundirus perditæ: patrum in liberos, fratrum in germanos, liberorum in parentes, amantium in amatos furor est excitatus. Præterea dissolutæ sunt amicitię multæ, & turbatæ familiæ ob speciem calumniarum. Vt igitur quàm minimùm in eas incidamus: qualisnam sit calumnia, vnde originem trahat, quantum ferè efficiat, hac oratione, velut in tabella depingam. Porrò quam eius imaginem subijciam, Apelli Ephesio

λαβε τὴν εἰκόνα, καὶ γὰ αὖ καὶ οὗτος διαβληθεὶς πρὸς Πτολεμαῖον, ὡς μετεγκλεὶς Θεοδότα τὴν σωμασίαν ἐν Τύρῳ. ὁ δὲ Ἀπελλῆς, οὐχ ἑωρακει ποτὲ τὴν Τύρον, οὐδὲ τ Θεοδότας, ὅστις ὢν ἐγίγνωσκεν, ἢ καθόσον ἤκουε Πτολεμαίῳ τινὰ ὑπαρχον εἶναι, τὰ κτ' τὴν Φοινίκην ἐπιτεταγμένον. δὴ ὁμοίως τῶν αὐτεχνῶν τις, Ἀντίφιλος τοὔνομα, ζῶν φθόνου τῆς πρὸς βασιλεῖ πιμῆς, καὶ τῆς κατὰ τὴν τέχνην ζηλοτυπίας, κατεῖπεν αὐτῶ πρὸς τὸν Πτολεμαῖον, ὡς εἴη κεκοινωνηκὼς τῶν ὅλων, καὶ ὡς δεάσατό τις αὐτ ἐν Φοινίκη συνεστιώμενον Θεοδότα, καὶ παρ' ὅλον τὸ δεῖπνον πρὸς τὸ ἓς αὐτῶ κοινολογούμενον. καὶ τέλος, ἀπέφηνε τὴν Τύρου ἀπόστασιν, καὶ τὴν Πηλουσίου καταλῆψιν ἐκ τῆς Ἀπελλῆ συμβουλῆς γεγενῆσθαι. ὁ δ Πτολεμαῖος, ὡς ἂν κάρτα, καὶ τἆλλ' οὐ πάνυ φρενήρης τὶς ὤν, δὴ ἐν κολακεία δεισποτικῆ τ θραμμένος, ἅπτως ἐξεχαύνθη, καὶ συνεταράχθη πρὸς τ παρ' δόξαν τούτης διαβολῆς, ὥστε μηδὲν τ εἰκότων λογισάμενος, μήθ' ὅτι αὐτὸ πεμψις ὑπὸ διαβάλλων, μήθ' ὅτι μικρότερος, ἢ κτ' τοσαῦ-

acceptam fero: quum is apud Ptolemæum regem, conſurrationis quæ Tyri authore Theodota facta eſt, inſimulatus eſſet. Quanquam neque Tyrum viderat vnquam, neque Theodotam nouerat, niſi quantum fama accepit, eum Ptolemæi præfectum Phœnicem adminiſtrare: Antiphilus tamen eiuſdem artis profeſſor, gratiæ quam apud regem obtinebat intuidentia, artiſque æmulatione permotus, illum apud Ptolemæum accuſauit, vt qui factionis eſſet particeps, & viſus fuiſſet in Phœnicia cum Theodota conuiuari, & in auriculam inter conuiuandum ſecretò colloqui. Denique declarauit Tyrum defeciſſe, captámque fuiſſe Peluſium Apellis conſilio. Tum Ptolemæus, vt qui præter cætera non eſſet admodum prudens, ſed in tyrannica aſſentatione educatus, adeò excanduit, miráque iſta calumnia conturbatus eſt, vt coniecturis quæ cauſæ fidem aut facerent, aut minuerent, neglectis, nimirum calumniatorem eandem artem profiteri, & pictorem fortuna eſſe minorem, quàm vt proditionem

τὴν προδοσίαν ζωγράφος. καὶ ταῦτα, εὖ πεποιηθὼς ὑπ' αὐτοῦ, καὶ παρ' ὀλίγον τῶν ὁμοτέχνων τετιμηκὼς, μὴ ἐπιπλεύσαι, ὡς εἰ Φοίνικες Α ἔσχον Ἀπελλῆς εἰς Τύρον κατάπλους, εὐθὺς ἔσαλε μανίειν. καὶ βοῆς ἐνέπιμπλα τὸ βασίλεια, τὸν ἀχάριστον κεκραγὼς, καὶ τὸν ἐπίβουλον, καὶ συνωμότην. μὴ Β εἶναι μὲν τὸν συνειλημμένων τινὰ ἀγανακτήσας ἐπὶ τῇ τοῦ Ἀντιφίλου ἀναισχυντίᾳ, καὶ τὸν ἄθλιον Ἀπελλῆν καταλείσας, ἔφη μηδενὸς αὐτοῖς κεκοινωνηκέναι C τὸν ἄνδρωπον, ἀπετέτμητο ἂν τὴν κεφαλὴν, καὶ παρὰ πολλαῖς τῶν ἐν Τύρῳ κακῶν, οὐδὲν αὐτὸς ἄπορος γεγονώς. ὁ μὲν οὖν Πτολεμαῖος, οὕτω λέγεται μεταγνῶναι ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν, ὥστε τὸν μὲν Ἀπελλῆν, ἑκατὸν ταλάντοις ἐδωρήσατο. τὸν δὲ Ἀντίφιλον, δουλεύειν αὐτῷ παρέδωκεν. ὁ δὲ Ἀπελλῆς, ὧν παρεκινδύνευσε. μεμνημένος, τοιᾷδέ τινι εἰκόνι ἐμιμήσατο τὴν διαβολήν. Ἐν δεξιᾷ τις αὐτὴ κάθηται, τὰ ὦτα παμμεγέθη ἔχων, μικρῷ δεῖν τοῖς τοῦ Μίδου προσεοικότα, τὴν χεῖρα προτείνων, πόρρωθεν ἔτι προσιούσῃ τῇ διαβολῇ. πρὸ δὲ αὐτῆς, ἑστᾶσι

huiusmodi moliri potuisset : idque cùm beneficijs & honoribus ab ipso plus cæteris pictoribus auctus fuisset : neque omnino percontatus an Tyrum Apelles nauigasset, ilico placuit ad iram concitari. Tum clamore regiam impleuit, ingratum, insidiatorem, coniuratum clamans. Ac nisi ex comprehensis coniuratis quispiam, indignatus Antiphili impudentiam, & infœlicem Apellem misertus, affirmasset illum factionis nequaquam fuisse participem, fuisset capite truncatus, atque ipse nullius criminis reus, Tyriorum malorum pœnas luisset. Proinde fertur Ptolemæus ita sententiam mutasse, vt centum talentis Apellem donarit : & ei Antiphilum in seruitutem addixerit. Apelles autem periculi memor, tali est imagine calumniam vltus. Ad dextram sedet quispiam prælongis auribus insignis, propemodum quales Midæ fuerunt, manum procul accedenti calumniæ prætendens. Eum circunstant duæ mulieres, Ignorantia, ni fallor,

δύο γυναῖκες, ἄγνοια μὲ δοκεῖ,

καὶ ὑπόλυσις. ἐτέρωθεν δ', ὑπερχεῖ καὶ διαβολὴ, γυναῖον ἐς ὑπερβολὴν πάγκαλον, ὑποθερμὸν δ', καὶ παρακεκινημένον, οἷον δὴ τὴν λύπαν, καὶ τὴν ὀργὴν δεικνύουσα. τῇ μὲν ἀριστερᾷ, δᾷδα καιομένην ἔχουσα. τῇ ἑτέρᾳ δ', νεανίαν τινὰ τῶν τειχῶν σύρουσα, τὰς χεῖρας ὀρέγοντα εἰς τὸν ἀέρα καὶ μαρτυρόμενον τοὺς θεούς. κηδεῖται δ' αὐτῷ ὠχρὸς, καὶ ἄμορφος, ὀξὺ δεδορκὼς, καὶ ἐοικὼς τοῖς ὑπὸ σκιᾶς μαχρᾶς κατεσκληκόσι. τοῦτον γοῦν εἶναι τὸν φθόνον ἄν τις εἰκάσειε. καὶ μὴν καὶ ἄλλαι τινὲς δύο παρομαρτοῦσι, προτρέπουσα, καὶ περιστέλλουσα, καὶ κατακοσμοῦσαι τὴν διαβολήν. ὡς δέ μοι καὶ ταύτας ἐμίμησεν ὁ περιηγητὴς τὴν εἰκόνα, ἡ μὲν, ὑπόβολή τις ἦν, ἡ δὲ, ἀπάτη. κατόπιν δ' ἠκολούθει πάνυ πενθικῶς τις ἐσπευασμένη, μελανείμων, καὶ κατεσπαραγμένη. μετάνοια δ' καὶ αὕτη ἐλέγετο. ἐπεστρέφετο γοῦν ἐς τοὐπίσω δακρύουσα, καὶ μετ' αἰδοῦς πάνυ τὴν ἀλήθειαν προσωποῦσ' ὑπέβλεπεν. ἅτω μὲν δὴ Ἀπελλῆς τὴν ἑαυτῷ κίνδυνον ὅτι τῆς γραφῆς ἐμιμήσατο. φέρε δ' καὶ ἡμεῖς εἰ δοκεῖ, κατὰ τὸν τῆς ἐφεσίου ζωγράφου τέχνην, διελθωμεν τὰ προσόντα

& Suſpicio. Altera parte accedit Calumnia, mulier ſummopere formoſa, feruida & irritata, veluti rabiem & iram præ ſe ferens, facem ardentem læua tenens, dextra trahens adoleſcentem capillis prehenſum, manus ad cœlum tendentem, Deóſque teſtantem. Anteit vir pallidus deformis, acutùm intuens, eíſque ſimilis qui longo morbo contabuerunt: quem facilè conijcias Liuorem eſſe. Quin & aliæ duæ mulieres comitantur, hortantes, componentes, & ornantes Calumniam: quarum altera, ſicuti mihi ſignificauit imaginis interpres, Inſidiæ, altera Fallacia erat. Quædam à tergo ſequebatur lugubri habitu, pulla, laceráque veſte: atque hæc Pœnitentia dicebatur: quæ verſa in tergum facie, cum lachrymis & pudore veritatem accedentem obruebatur. Hac igitur imagine Apelles, periculum in quo fuerat verſatus, expreſſit. Age verò & nos ſi videtur, Epheſij pictoris exemplo recenſeamus Calumniæ rationes, quum priùs ipſam

τῇ διαβολῇ, προτρέχει ὄρῳ

πινὶ περιγράψαντες αὐτῷ. ἔστω γὰρ ἂν ἡμῖν ἡ εἰκὼν γλυφήσεται. Ἔστι τοίνυν διαβολὴ, κατηγορία τις, ἐξ ἐρημίας γιγνομένη τε κατηγορουμένου ἀλ- A ληθῆ, οὐ τῶν μονομερῶς ἀναπεπλέκτως πεπιστευμένη. τοιαύτη μὲν ἡ ὑποθέσις τοῦ λόγου. τριῶν δ' ὄντων προσώπων, καθάπερ ἐν τοῖς κωμῳδίαις, τοῦ διαβάλλοντος, καὶ τοῦ διαβαλλομένου, καὶ τοῦ πρὸς ὃν B ἡ διαβολὴ γίγνεται, καθ' ἕκαστον αὐτῶν σκοπήσωμεν, οἷα φίλος εἶναι τὰ γιγνόμενα. πρῶτον μὲν δὴ εἰ δοκεῖ, παραγάγωμεν τὴν κατηγορίαν τοῦ πράγματος, λέγω δὴ τὸν ποιητὴν τῆς διαβολῆς. οὗτος δὴ, ὡς μὲν οὐκ ἀγαθὸς ἀνθρωπός ἐστι, πᾶ- D σιν οἶμαι γνώριμον. οὐδεὶς γὰρ ἂν ἀγαθὸς, κακῶν αἴτιος γένοιτο τῷ πλησίον. ἀλλ' ἔστιν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ἀφ' ὧν εὖ ποιῆσαι αὐτοὺς τοὺς φίλους, οὐκ ἀφ' ὧν τοὺς ἄλλους ἀδικοῦντας αἰτιᾶσθαι), καὶ μισεῖσθαι παρασκευάζουσιν, εὐδοκιμεῖν, δόξαν εὐνοίας περιποιούντας. ἔπειτα δὲ ὡς ἄδικος ὁ τοιοῦτος, καὶ παράνομός ἐστι, καὶ ἀσεβὴς, καὶ τοῖς νενομισμένοις ὀπζήμιος, ῥᾴδιον καταμαθεῖν. τίς γὰρ ἂν ὁμολογήσειε τὴν μὲ ἰσότητα, ἐν

definitione descripserimus. Nam hæc Iconis erit effingendæ ratio. Calumnia igitur est, delatio quæ fit absente & nescio reo, cuique fides habetur audita vna parte, nec delato ad refellendum admisso. Huiusmodi est orationis huius argumentum. Et cùm, sicuti in Comœdijs, tres sint personæ, delator, delatus, & is ad quem fit delatio: singulorum partes consideremus, quid à quoque fieri sit consentaneum. Primùm quidem, si videtur, C primarum partium actorem, calumniæ nimirum authorem in medium producamus. Is vtique quàm minimè sit vir bonus, ignorat nemo. Neque enim quisquam vir bonus, propinquo malorum est author. Nam bonorum est virorum, eo quòd amicis beneficiũt, non eo quòd inimicos criminantur, odiúmque illis creant, ascita beneuolentiæ opinione, bene audire. Vnde iniustum, sceleratum, impium, & familiaribus damnosum esse Calumniatorem facilè cognoscas. Quis enim non confiteatur æqualitatem, in

ἅπαντα, καὶ τὸ μηδὲν πλέον δικαιοσύνης ἔργα εἶναι. τὸ δ' ἄνισον τε, καὶ πλεονεκτικὸν, ἀδικίας. ὁ δὲ τῇ διαβολῇ κατὰ τῶν ἀπόντων λάθρα χεώμενος, πῶς οὐ πλεονέκτης ἐστὶν, ὅλον τὸν ἀκροατὴν σφετερίζόμενος, καὶ προκαταλαμβάνων αὐτοῦ τὰ ὦτα, καὶ ἀποφράττων, καὶ τῷ δευτέρῳ λόγῳ παντελῶς ἄβατα κατασκευάζων αὐτὰ, ὥσπερ ὁ διαβολῆς πεπλησμένος; ἐρᾷτης ἀδικίας τὸ τοιοῦτον, ὡς φαίην ἄν καὶ οἱ ἄριστοι τῶν νομοθετῶν, οἷον ὁ Σόλων, καὶ ὁ Δράκων, ἔγωγε ποιησάμενοι τοῖς δικασταῖς τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι, καὶ τὸν ἔμπροσθεν ἴσην τοῖς ὑστεροῦσιν ἀπονέμειν, ἄχθος ἂν ὁ τῷ δευτέρῳ λόγος παρατιθεὶς, θατέρᾳ χεῖρον ἢ ἀμείνονα φανῇ. πρὶν δὲ γε ἀντεξετάσαι τὴν ἀπολογίαν τῇ κατηγορίᾳ, παντελῶς ἀσεβῆ, καὶ ἀθέσμον ἡγήσαντο ἔσεσθαι πᾶσι κείσῃ. καὶ γὰρ ἂν καὶ αὐτοὶ ἀναγκασθεῖμεν τοῖς θεοῖς ἐπομόσαι, εἰ τῷ μὲν κατηγόρῳ μετ' ἀδείας ἃ θέλει λέγειν ἐπιτρέποιμεν, ἀποφράξαντες δὲ τῷ κατηγορουμένῳ τὰ ὦτα, καὶ τῷ στόματι σιωπῶντες, κατακρίζοιμεν τῷ ὑστέρῳ λόγῳ κεχειρωμένοι. ὥστε

omni re, & vt non melior sit alterius sors, esse iustitiæ: at inæqualitatem, & plus habendi cupiditatem iniustitiæ? Qui verò clam absentes insectatur, quî non sit pluris auidus, quippe qui auditorem totum sibi asserit, & aures eius præoccupat, & obstruit, ac iam calumnijs refertas, facit responsuro prorsus inuias? Quæ sanè extrema est iniuria, vel optimorum legumlatorum iudicio, Solonis & Draconis, qui iureiurando Senatum Athenienſem astrinxêre, vt pari benignitate, gratiáque tam reum quàm actorem iudex audiat, vsquedum proposita rei defensione, ipsius causa melior, aut deterior altera videatur. Scelestum enim & iniquum fore iudicium putarunt quod ferretur. antea quàm cum accusatione comparata esset defensio. Ad hęc, ipsos etiam Deos indignari dixerimus, si accusatori liberè quæ vult dicendi copiam fecerimus: at obturatis defensori auribus, aut mussitanti ore, eum priore oratione subacti condemnauerimus. Itaque

οὐ κ' τὸ δίκαιον, καὶ τὸ νόμιμον, καὶ τ' ὅρκον τ' δικαστικὸν, φάναι τις ἂν γίγνεσθαι τὰς διαβολάς. εἰ δέ τῳ μὴ ἀξιόπιστοι δοκοῦσιν οἱ νομοθέται, παραμυθούμενος οὕτω δικαίας καὶ ἀμερεῖς πιεῖσθαι τὰς κρίσεις, ποιητῷ μοι δοκῶ τ' ἄριστον ἐπαγαγεῖν τῷ λόγῳ, εὖ μάλα περὶ τούτων ἀποφηνάμενον, μᾶλλον ἢ νομοθετήσαντα. φησὶ γὰρ μήτε δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς. ἥπιστο γὰρ οἶμαι καὶ οὗτος, ὡς πολλῶν ὄντων ἐν τῷ βίῳ ἀδικημάτων, οὐδὲν ἂν τις εὕροι χεῖρον, οὐδὲ ἀδικώτερον, ἢ τὰκείνοις πνας, καὶ ἀμοίρους λόγων καταδικάσαι, ὅτῳ δὲ ἅπαντος ὁ διαβάλλων ἐπιχειρεῖ πιεῖν, ἄκεστον ἄσταλον τ' διαβαλλόμενον τὴν τὸ ἀκούοντας ὀργὴν, καὶ τ' ἀπολογίαν τῷ λαθραίῳ τῆς κατηγορίας παραιρεῖσθαι. καὶ γὰρ ἀπαρρησίαστος, καὶ δεινὸς ἅπας ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος, οὐδὲν ἐς τὸ ἐμφανὲς ἄγων, ἀλλ' ὥσπερ οἱ λοχῶντες, ἐκ ἀφανοῦς πόθεν τοξεύων, ὡς μὴ ἔστι ἀντιτάξασθαι δυνατὸν εἶναι, μηδ' ἀνταγωνίσασθαι, ἀλλ' ἐν ἀπορίᾳ, καὶ ἀμηχανίᾳ τὸ πολέμιον διαφθείρεσθαι, ὃ μέγιστόν ἐστι σημεῖον, τὸ

à iusto, æquo, & iudicum iureiurando calumniam abhorrere dicas. Iam sicui dubiæ fidei legum conditores videntur, quorum decreta commonent, iustitia, non studio partium iudicare, optimum poëtam citandum censeo qui præclaram sententiam, imò potiùs hac de re legem tulit: quum dixit, *Ne litem dirimas quin primùm audiueris ambos.* Nimirum & hic intelligebat, nullam ex multis quæ apud homines vigent, deteriorem & iniquiorem inueniri posse iniuriam, quàm indicta causa reum damnare. Quod omni ex parte calumniator molitur: qui quem accusat, audientis iræ indefensum subijcit, & accusatione clancularia defensionem interuertit. Quiuis enim huiusmodi farinæ homo formidolosus nihil palam loqui audet: sed perinde atque qui in insidijs latent, alicunde ex abdito iaculatur, vt non sit qui resistere, aduersaque manu contendere possit: at ignaro & inscio vnde bellum inferatur, sit pereũdum. Quod maximo est indicio,

μηδὲν ὑγιὲς τὸν διαβάλλοντας λέγειν. ἐπεὶ εἴ τις γε τἀληθῆ κατηγορεῖται ἑαυτῷ συνέπεται, οὗτος οἶμαι καὶ εἰς τὸ φανερὸν διελέγχει, καὶ διευθύνει, καὶ αὐτεξετάζει τῷ λόγῳ. ὥσπερ οὐδεὶς ἂν ἐν τῷ σφοδρανοῦς νικᾶν διωάμενος, φιλόδοξα ποτὲ, καὶ ἀπάτῃ χρήσαιτο κρῖ τῶν πολεμίων. ἴδοι δ' ἂν τις τὸν τοιούτοις μάλιστα ἐν τ βασιλέων αὐλαῖς, καὶ περὶ τὰς τῶν ἀρχόντων, καὶ διωαστευόντων φιλίας εὐδοκιμοῦντας. ἔνθα πολὺς μὲν ὁ φθόνος, μυεῖαι ὑποψίαι, πάμπολλαι κολακειῶν, καὶ διαβολῶν ὑποθέσεις. ὅπου δὲ ἀεὶ μείζους ἐλπίδες, ἐνταῦθα καὶ οἱ φθόνοι χαλεπώτεροι, κὴ τὰ μίση ὀπροφαλέστερα, καὶ ζηλοτυπίαι κακοτροπέστεραι. πάντες οὖν ἀλλήλους ὀξὺ δεδόρκασι, καὶ ὥσπερ οἱ μονομαχοῦντες ὀπτηκῶσιν εἴ που τι γυμνωθὲν μέρος θεάσαιντο τοῦ σώματος. καὶ σφοδρὸς αὐτὸς ἕκαστος εἶναι βουλόμενος, παρωθεῖται, καὶ παραγκωνίζεται τὸν πλησίον, καὶ τὸν σφὲ αὐτὸς εἰ διωαιτο, ὑποσπᾷ, καὶ ὑποσκελίζει. ἔνθα ὁ μὲν κρήσας, ἀτειχῶς εὐδὺς ἁλίσκεται, καὶ παραστύεται. καὶ

calumniatores nihil sani dicere. Nam qui veræ accusationis sibi est conscius, hic vtique palam arguit, corrigit, & iudicio se sistit cum aduersario: vt nemo qui hostem aperta acie vincere posset, insidijs & dolo vti vellet. Cæterùm id genus homines in regum aulis potissimùm videas versantes, & principum ac optimatum amicitia splendentes: vbi scilicet inuidia crebra, innumeræ suspiciones, multæque assentandi & calumniandi occasiones. Nam vbi maiores spes sese semper ostentant, hîc & inuidiæ sæuiores, odia periculosiora, æmulationes callidiores vigent. Omnes se inuicē acribus oculis intuentur, & quemadmodum qui singulari certamine contendunt, diligenter obseruant num aliquam corporis partem nudam & malè munitam conspiciant. Et cum quisque velit primas obtinere, proximum summouet, & amolitur, & priorem si possit, conuellit, & supplantat. Hîc siquis est vir frugi, prorsus ilico subuertitur, & auellitur,

τὸ τελευταῖον, ἀτίμως ἐξέωσαι. ὁ δὲ κολακευτικώτερος, καὶ
θεὸς τὰς τοιαύτας κακοηθείας πιθανώτερος, εὐδοκιμεῖ τε
ἅλως, φιλίας κρατεῖ. τὰ γὰρ τῶ Ὁμήρου πάνυ ἐπαληθεύουσιν, ὅτι
ξυνὸς ἐναλίοις, καὶ ἴ κτανέοντα κατέκτα. τοιγαροῦν ὡς ἐπὶ
μικροῖς τὸ ἀγώνος ὄντος, ποικίλας κατ' ἀλλήλων ὁδοὺς ἐπι-
τοῦσιν, ὧν τὰ χάσκη καὶ ἐπισφαλέστατον ἡ τῆς διαβολῆς. τὴν
μὲν ἀφ' ἡδονῆς ἀπὸ φθόνου ἡμισυεῖ ἐλπίδος λαμβάνουσα. εἰκῇ ὁ-
τέρᾳ δὲ, καὶ βαρεῖα ἐπάγουσα
τὰ τέλη, καὶ πολλῶν συμφορῶν ἀ-
πίπλεα. ἐρῶ τοι μικρὸν, ἵνα ἁ-
πλοῦν δεῖ τοῦτο, ὡς ἂν τις ὑπολάβοι, ἀλλὰ πολλῆς μὲ τέχνης,
καὶ ὀλίγης δὲ ἀγχινοίας, ἀκριβοῦς δέ τινος ἐπιμελείας δεόμενον.
ἐὰν γὰρ αὖ τοσοῦτα ἔβλαπτεν ἡ διαβολὴ, εἰμὴ πιθανόν τινα
τρόπον ἐμήνετο. νῦν δὲ αὖ κατίσχυε τὴν πάντων ἰσχυροτέραν ἀ-
λήθειαν, εἰμὴ πολὺ τὸ ἐπαγωγὸν, καὶ πιθανὸν, καὶ μυεῖα ἄλλα
παρεσκεύαστο τοῖς ἀκουόντων. διαβάλλεται μὲν οὖν ὡς τὸ
πολὺ μάλιστα ὁ τιμώμενος. καὶ
διατοῦτο, τοῖς ὑπολειπομένοις
ἀεὶ ἐπίφθονος. ἅπαν-
τες γὰρ τῷ δι' ἐπιτοξάζονται,

denique ignominiosè expellitur. Verùm qui assentandi est peritior, & ad huiusmodi nequitiã habilior, probatur, denique superat. Quibus verum Homeri carmen comprobatur. *Victorem & victum Manors communis ad mit.* Quocirca cùm de rebus non exiguis instituatur certamẽ, alij in alios varias nocendi vias comminiscuntur: quarum compendiosissima & periculosissima Calumniæ via: cuius principiũ ducitur ab inuidia interspẽ metúmque fluctuante: sed quæ miserabiles, tragicos, & multis calamitatibus refertos exitus affert. Nec certè facile, simplex-ue est hoc quadruplatoris studium, vt fortè alicui videatur: sed arte multiplici, solertia non mediocri, & accurata diligentia opus habet. Non enim tam grauem noxam infligeret Calumnia, nisi in speciem vero similia narraret: neque rerum omnium validissimã veritatem opprimeret, nisi appositis ad inducendum, & persuadendum argumentis, alijsque sexcentis artibus instructa auditores deciperet. Porrò calumnia plerunque petitur potissimũ qui in honore est: ob quem posterioribus est inuidiosus: quò fit vt omnium telis affectetur,

καθάπερ τι κάλυμμα, καὶ ἐμπόδιον προτιθέμενοι. καὶ ἕκαστος οἴεται πρῶτος αὐτὸς ἔσεσθαι, τὸν καρυφαῖον ἐκεῖνον ἐκποδὼν ποιησάμενος, καὶ τῆς φιλίας ἀποσκευασάμενος, οἷόν τι, καὶ ἐπὶ τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν, ἐπὶ τῶν δρομέων γίνεται. κἀκεῖ γὰρ ὁ μὲν ἀγαθὸς δρομεὺς, τῆς ὕστατος οὐδὲν κατα-πτοούσης, μόνον τὸ πρόσω ἐφιέμενος, καὶ τῇ διανοίᾳ ἀποτείνας πρὸς τὸ τέρμα, κἂν τοῖς ποσὶ τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης ἔχων, τῷ πλησίον οὐδὲν κακουργεῖ, οὐδέ τι τῶν κατὰ τὸν ἀγωνίσας πολυπραγμονεῖ. ὁ δὲ κακὸς ἐκεῖνος, καὶ ἄθλιος ἀνταγωνιστὴς, ἀπογνοὺς τὴν ἐν τῷ τάχει ἐλπίδα, ἐπὶ τὴν κακοτεχνίαν ἐξέπεσε. καὶ τοῦτο μόνον ἐξέπαντος σκοπεῖ, ὅπως τὸν βέλτιστα τρέχοντα ἐπόχον, ἢ ἐμποδίσας, ἐπιζημιεῖ. ὡς εἰ τούτου διαμάρτοι, οὐκ ἄν ποτε νικήσαι δυνάμενος. ὁμοίως δὲ τούτοις, καὶ τῆς φιλίας τῶν εὐδαιμόνων γίνεται. ὁ γὰρ πρόσχων, αὐτίκα ἐπιβουλεύεται. καὶ ἀφύλακτος ἐν μέσῳ λαφθεὶς τῶν δυσμενῶν, ἁρπάζεται. οἱ δὲ, ἀγαπῶντες, καὶ φίλοι δοκοῦσιν, ἐξ ὧν ἄλλοις

ceu obex, obiectúmque ipsis impedimentum. Séque primum fore quisque putat, quum sublimem illum expugnarit, & amicitia excusserit. Quale quiddam in gymnicis ludis accidit cursoribus: vbi strenuus cursor, fractis ilico carceribus, solùm primas affectans, animúmque ad metam adijciens, ínque pedum velocitate spem victoriæ habens, vicino non incommodat, neque aliorum certatorum res curat. Contrà ignauus ille, & imbellis aduersarius, desperata celeritate, animum ad fraudem conuertit. Atque hoc solùm in vniuersum spectat, quomodo currentem obiecta remora, vel impedimento, reprimere possit: quæ dum succedant, nunquam queat vincere. Haud aliter in ambiendis magnatum amicitijs accidit: apud quos qui prominet, statim insidijs inuoluitur, & incautus ab æmulis captus discerpitur. Hi deinde diligi, & amici videri incipiunt, eo quòd alijs

βλάπτειν ἔδοξαν. τί, τὴ ἀξιόπιστον τῆς διαβολῆς οὐχ ὡς ἔτυχεν ἐπινεῦσιν, ἀλλ' ἐν τούτῳ τὸ πᾶν αὐτοῖς ὄφελος ἔργον, δεδοικότι τι προσάψαι ἀπρεπὲς, μηδὲ ἀλλότριον. ὡς γοῦν ἐπὶ πολὺ τὰ προσόντα τῷ διαβαλλομένῳ πρὸς τὸ χεῖρον μεταβάλλοντες, οὐκ ἀπιθάνοις πιστοῦνται τὰς κατηγορίας. οἷον, τὸν μοιχὸν, διαβάλλουσιν ὡς φαρμακέα. τὸν πλούσιον ὄν, ὡς τύραννον. τὸν τυραννικὸν ὄν, ὡς προδοτικόν. ἐνίοτε μοῦτοι καὶ ὁ ἀκροώμενος αὐτὸς ὑποβάλλει τῆς διαβολῆς τὰς διαφοράς. καὶ πρὸς τὸν ἐκείνου ζῆλον οἱ κακοήθεις αὐτοὶ ἁρμοζόμενοι, ἐυσχολοῦσιν. ἢν μὲν γὰρ ζηλότυπον αὐτὸν ὄντα ἴδωσι, διήνεγκέ φησι τῇ γυναικί σου παρὰ τὸ δεῖπνον. καὶ ἀπιδὼν ἐς αὐτὼ, ἀπεσείραξε. καὶ ἡ Σαβατονίκη πρὸς αὐτὸν, οὐ μέλα φιλῶς, καὶ ὅλως ἐρωτικὴ. καί τινες καὶ μοιχικὰ πρὸς αὐτὸν αἱ διαβολαί. ἰὼ ὦ ποιητικὸς ἦ, καὶ ἐπὶ τούτῳ μέγα φρονῇ, μὰ Δί' ἐχλεύασέ σου Φιλόξενος τὰ ἔπη, καὶ διέσυρε, καὶ ἄμαρ εἶπεν αὐτὰ, καὶ κακοσώστατα. πρὸς ὃ τὸν εὐσεβῆ, σιος ὁ φίλος διαβάλλεται, incommodarint. Iam quod Calumniæ fidem faciat, non temerè excogitant: sed in coloris delectu toti occupantur, metuentes ne quid absoni, aut alieni arteξant. Sic plerunque eius quem deferunt rationes in deterius interpretando probabiles reddunt accusationes. Medicum venefici: locupletem affectatæ tyrannidis, tyrannum proditionis insimulant. Interdum auditoris affectus, sua calumnijs discrimina suppeditat, ad cuius mores hi maligni homines sese accommodantes, scopum attingunt. Nam si zelotypum ipsum esse perspexerint: annuit, inquiunt, ille vxori tuæ inter epulas: eámque intuitus suspirauit: vxor vicissim suaue quiddam, & amatorium: alia item quæ ad suspicionem adulterij faciunt. Sin poëticæ studiosus, illa arte sibi placeat. Per Iouem tua carmina Philoxenus irrisit, insectatus est, hiulca & lege soluta dixit. Apud religiosum, & pium, impietatis, & flagitij accusatur amicus, quasi numen reijciat, &

καὶ φιλόθεον, ἄθεος, καὶ ἀσεβὴς, καὶ ὡς τὸ θεῖον παρωδοῦντος,

καὶ τῶν θεῶν οἰαν ἀφυέστερος. οὐδὲ ἀκούσας, οὐδὲ μύσας διὰ τὸ ὠτοτυπὲς, διακέκραγε ὡς τὸ εἰκὸς, καὶ ἀπέσπασε τὸν φίλον, οὐ φρίμιναν τὸν ἀκριβῆ ἔλεγχον. ὅλως γὰρ τὰ τοιαῦτα ὀπτικοῦσι, καὶ λέγουσιν, ἃ μάλιστα ἴσασιν ἐς ὀργὴν δυνάμενα θεοκαλέσαι τὸν ἀκροώμενον. καὶ ἔνθα πλεῖστος ἔστιν ἕκαστος ὀπτασίαι- A νοι, ἐπ' ἐκεῖνον τοξεύουσι, καὶ ἀκοντίζουσιν ἐς αὐτόν. ὥστε τὴν παρωτιτικὴν ὀργὴν τεταραγμένον, ῥᾴκιστ' ἂν ἐθέλειν ἄγειν τὴν ἐξέτασιν τῆς ἀληθείας. ἀλλὰ καὶν δέλη τις ἀπολογεῖσθαι, μὴ θεοσεβῆ τῷ παραδόξῳ τῆς ἀκροάσεως, ὡς ἀληθεῖ θεοκατειλημμένον. ἀνιαρώτατον γὰρ ὂν τὸ εἶδος τῆς διαβολῆς, τὸ ἐναντίον τῆς τῶν ἀκουόντων ὀργῆς, ὁπόταν καὶ παρὰ Πτολεμαίῳ τῷ Διονύσῳ ὀπτικῷ δεῖν- B πνῳ, ἐγένετό τις, ὃς διέβαλε τὴν πλατωνικὴν Δημήτριον, ὅτι ὕδωρ τε πίνει, καὶ μόνος τῶν ἄλλων γυναικεῖα οὐκ ἐνεδύσατο ἐν τοῖς Διονυσίοις. καὶ εἰ μὴ κλινδεὶς, ἔωθεν ἐπινέ τε, πάντων ὁρώντων, καὶ λαβὼν ταραντινίδιον, ὠρχήσατο, ἀπολωλὼς ἂν, ὡς οὐκ C ἡδύμος τῷ Διονύσῳ τὸ βακχικὸν, προυίdentiam neget. Tum auditor ceu œstro in aurem immisso, exæandescit, vt est consentaneum, & re nondum accuratè cognita, amicum auersatur. Talia ferè sunt quæ ab impuris istis confinguntur & dicuntur, cùm ea norint audientis animum ad iram maximè posse prouocare. Et qua parte quisque præstat, cognoscentes, illa ipsum telis iaculisque petunt: ne auditor subita conturbatus ira, aliquod vero cognoscendo collocet otium: deinde ei qui se purgare velit, non attendat, inopinato crimine, tanquam vero præoccupatus. Etenim ea calumniæ species est efficacissima, quæ cum auditoris cupiditate conflictatur: quando etiam apud Ptolemæum cognomento Dionysum, quispiam olim Demetrium Platonicum accusauit, quòd in Bacchanalibus aquam biberet, solúsq; omnium mulieb̃ribus nõ fuisset indutus. Ac nisi mane vocatus vinum bibisset omniũ in conspectu, & sumpta veste Tarentina, cymbala pulsasset, & saltasset, planè periisset, quòd regis moribus non delectaretur,

ἀλλ' αὐτοσοφιστὴς ὤν, καὶ ἀντίτεχνος τῆς Πτολεμαίου ζωφῆς. παρὰ δὲ Ἀλεξάνδρῳ, μεγίστη τότε αἰ ἀπασῶν διαβολαὶ λέγοιτο, εἴ τις μὴ σέβειν, μηδὲ προσκυνεῖν τὸν Ἡφαιστίωνα. ἐπεὶ γὰρ ἀπέθανεν Ἡφαιστίων, ὑπὸ τῆς ἔρωτος Ἀλέξανδρος ἐβουλήθη θεὸν θεσπεσίαν καὶ τοῦτο τῇ λοιπῇ μεγαλουργίᾳ, καὶ θεὸν χειροτονῆσαι τὸν τετελευτηκότα. οὐδὲ οὖν νεὼς τε ἀνέστησαν αἱ πόλεις, καὶ τεμένη καθιδρύετο, καὶ βωμοὶ, καὶ θυσίαι, καὶ ἑορταὶ τῷ καινῷ τούτῳ θεῷ ἐπετελοῦντο. καὶ ὁ μέγιστος ὅρκος ἦν ἅπασιν, Ἡφαιστίων. εἰ δέ τις ἢ μεθυστέρει πρὸς τὰ γινόμενα, ἢ μὴ φαίνοιτο πάνυ εὐσεβῶν, θανάτου ἐπέκειτο ἡ ζημία. ὑπολαμβάνοντες δὲ οἱ κόλακες τοῦτο μειρακιώδη ταύτην τὴν Ἀλεξάνδρου ἐπιθυμίαν, προσεξέκαιον εὐθὺς, καὶ ἀνεζωπύρουν, ὀνείρατα διηγούμενοι τῷ Ἡφαιστίωνος, ἐπιφανείς πυκὰς, καὶ ἰάματα προστάττοντες αὐτῷ, καὶ μαντείας ἐπιπρομίζοντες. καὶ τέλος, ἔδοξαν παρέδρῳ, καὶ ἀλεξικάκῳ θεῷ. ὧδε Ἀλέξανδρος, ἥδετό τε τοῖς, καὶ μέγα ἐφρόνει, ὡσανεὶ

sed Ptolemæi delicijs infensus esset, & aduersarius. Apud Alexandrum grauissimi criminis reus fiebat, qui colere & adorare nollet Hephæstionem. Nam posteaquā is è viuis excessit, amore victus Alexander, ad reliquā funeris magnificentiam additum voluit, vt mortuus inter Deos Hephæstion haberetur. Continuò ciuitates ei templa condiderunt, delubra dedicarunt, aras, victimas, & festa nouo huic Deo consecrarunt. Erátque nomen Hephæstionis iusiurandum omniū religiosissimū. Siquis autem vel risisset ad ea quæ fiebant, vel nō omni studio colere visus esset, culpa capitalis erat. Assentatores autem perspecta hac iuuenili Alexandri cupiditate, ei ignem & fomitem addere cœperunt, somnia narrantes Hephæstionis, apparitiones quasdam, & medelas ei attribuentes, eiúsque oracula prædicantes: denique assessori, malorúmque depulsori Deo sacra fecerunt. Alexander autem hæc iucundè audiebat, tandem etiam vt vetis fidem habebat, & gloriabatur quòd nō modò Dei filius esset, sed

ἀκούων, καὶ τὰ τελευταῖα, ὑπὸ οὐ θεῶν παῖς ὢν μόνον, ἀλλὰ

καὶ θεοὺς ποιεῖν δυνάμενος. πόσους τοίνυν οἰόμεθα τῶν Ἀλεξάνδρου φίλων παρὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ὑπολαῦσαι τῆς Ἡφαιστίωνος θειότητος, διαβληθέντας, ὡς οὐ τιμῶσι τὸν κοινὸν ἁπάντων θεὸν, καὶ διὰ τοῦτο ἐξελαθέντας, καὶ τῆς βασιλέως εὐνοίας ἐκπεσόντας; τότε καὶ Ἀγαθοκλῆς ὁ σάμιος, ταξίαρχῶν παρ' Ἀλεξάνδρῳ, καὶ παρὼν παρ' αὐτῷ, μικρὸν δεῖν συγκαθείρχθη λέοντι, διαβληθεὶς ὅτι δακρύσειε παρὼν τὸν Ἡφαιστίωνος τάφον. ἀλλ' ἐκεῖνόν μοι λέγεται βοηθῆσαι Περδίκκας, ἐπομόσαντος καὶ πάντων τῶν θεῶν, καὶ καὶ Ἡφαιστίωνος, ὅτι δὴ κυνηγετοῦντί οἱ, φανέντα ἐναργῆ τὸν θεὸν, ἐπισκῆψαι εἰπεῖν Ἀλεξάνδρῳ φείσασθαι Ἀγαθοκλέους. οὐ γὰρ ὡς ἀπιστοῦντα, οὐδὲ ὡς ἐπὶ νεκρῷ δακρύσαι, ἀλλὰ τῆς πάλαι συνηθείας μνημονεύοντα. ἦν γὰρ κολακεία, καὶ ἡ διαβολὴ, τό τε μάλιστα χώρην ἔχουσα πρὸς τὸ Ἀλεξάνδρου πάθος συμπαθοῦν. καθάπερ γὰρ ἐν πολιορκίᾳ δεῖ ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ, καὶ ἀπόκρημνα, καὶ ἀσφαλῆ τὰ τείχη προσίασιν οἱ πολέμιοι, ἀλλ' ἐν ᾗ ἀφύλακτόν τι μέρος,

Deos etiam creare posset. Quot igitur Alexandri amicos putamus illam Hephæstionis diuinitatem tum malè habuisse, quum accusarentur, quòd communem omnium Deum non colerent: ideóque expellerentur, & regis benenolentia excideren? Túc temporis Agathocles Samius apud Alexandrum centurio in honore erat, parum abfuit quin cum leone committeretur, accusatus, quòd sepulchrum Hephæstionis præteriens illachrymasset. Verùm illi opem tulisse fertur Perdiccas, Deos omnes, ipsúmque Hephæstiona juratus, Deum in venatione sibi clarè visum, mandasse vt Alexandro diceret, Agathocli esse parcendum, qui non vt mortuũ lachrymasset, & quòd vanam Hephæstionis diuinitatem crederet, sed quòd pristinæ familiaritatis meminisset. Sic igitur affecto Alexandro, locus assentationi, & calumniæ aptissimus fuit. Nam quemadmodum hostes vrbem oppugnaturi, non altam nõ præcipitem, non munitam, mœnium partem inuadunt: sed quam non custodiam,

ἢ σαθρὸν ἀϊδώνται, ἢ ταπεινὸν, ὅτι τοῦτο πάσῃ δυνάμει χωρεῖσιν, ὡς ῥᾷστα παρεισδῦναι, καὶ ἐλεῖν δυνάμενοι, οὕτω καὶ οἱ διαβάλλοντες, ὃ, τι ἂν ἀδενὲς ἴδωσι τῆς ψυχῆς, καὶ ὑποπτερον, καὶ ἐυεπίβατον, τούτῳ προσβάλλουσι, καὶ προσάγουσι τὰς μηχανὰς, καὶ τέλος, ἀκπολιορκῆσι, μηδενὸς ἀντιπαρομόυ, μηδὲ ἢ ἔφοδον ἀϊδομόυ. εἶτ' ἐπειδὰν ἐντὸς ἅπαξ τειχῶν γένωνται, πυρπολοῦσι πάντα, καὶ κάουσι, καὶ σφάττουσι, καὶ ἐξελαύνουσιν, οἷα εἰκὸς ἁλισκομένης ψυχῆς, καὶ ἐξωθεσθαι δοκούσης ἔργα εἶναι. μηχανήματα δ' αὐτοῖς κατὰ τὸ ἀπόντος ἢ τε ἀπάτη, καὶ τὸ ψεῦδος, καὶ ἡ ὀπτορεκία, καὶ περιλιπάρησις, καὶ ἀναισχυντία, καὶ ἄλλα μυρία βαδιουργήματα. ἥδε μεγίστη πασῶν, ἡ κολακεία ἐστὶ, συγγενὴς, μᾶλλον δ' ἀδελφή τις ἐστὶ τῆς διαβολῆς. οὐδεὶς γοῦν οὕτω ἠλιθιός ἐστι, καὶ ἀδαμάντινον τεῖχος τῆς ψυχῆς περιβεβλημένος, ὃς ἂν αὐ ἐνδοιὴ πρὸς τὴν κολακείας διαβολάς, καὶ ταῦτα, ὑπορυπούσης, καὶ τὸν θεμελίους ὑφαιρούσης τῆς διαβολῆς, καὶ τὰ μὴ ἐντὸς,

debilem, humilem-ue nō sunt, in eam totis viribus impetum faciunt, vt qua facillimè ingredi, & rerum potiri queant. Ita calumniatores, quod in auditoris animo languidum, fragile, & accessu facile viderint, illud adoriuntur, eóque suas machinas adducunt: denique nemine obsistente, hostilémque impetum sentiente, expugnant: deinde intra muros, cuncta igni ferróque deuastant, iugulant, expellunt: qualia verisimile est fieri animo capto, & mancipato. Artes sunt ipsis aduersus absentem, fallacia; mendacium, periurium; obsecratio, impudentia, aliæque sexcentæ astutiæ: quarum omnium maxima est assentatio, Calumniæ cognata, imò soror. Nemo enim tam generoso est animo, & adamantino muro septus, qui adulationis calumnijs non succumbat: idque cùm calumnia suffodiat, & fundamenta subtrahat. Atque hæc quidem sunt quæ foris aduenium. Intus autem mustæ

τοῦτο. ἔνδιδεν δ', πολλαὶ

proditiones

προδοσίαι συναγωνίζονται, ταῖς χεῖρας ὀρέγουσαι, καὶ τὰς πύλας ἀναπετῶσαι, καὶ πάντα τρόπον τῇ ἁλώσει τὸ ἀκούοντος συμπροθυμούμεναι. πρῶτον μὲν, τὸ φιλόκαινον, ὃ φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει, καὶ τὸ ἀφίλοκρινον. ἔπειτα δὲ, τὸ πρὸς τὰ παράδοξα τῶν ἀκουσμάτων ἐπιρρέπον. οὐ γὰρ οἶδ' ὅπως ἡδόμεθα πάντες λαθρίδιά, καὶ πρὸς τὰς λεγομένας, καὶ μεστὰς ὑποψίας ἀκούοντες. οἶδα γοῦν τινας οὕτως ἡδέως γαργαλιζομένας τὰ ὦτα ὑπὸ τῶν διαβολῶν, ὥσπερ τοῖς πτεροῖς κνωμένους. ἐπειδὰν τοίνυν ὑπὸ τούτων ἁπάντων συμμαχούμενοι προσπέσωσι, κρατοῦς εὐθὺς εἶναι δοκοῦσιν, καὶ οὐδεὶς ἀντιχειρὸς ἢ νέμεσις γένοιτο, μηδενὸς ἀντιπαρατασσομένου, μὴ δὲ ἀμυνομένου τὰς προσβολάς· ἀλλὰ τῶν μὲν ἀκουόντων, ἑκόντος ἑαυτὸν ἐνδιδόντος. τὸ διαβαλλομένου δὲ, καὶ ἐπιβαλλομένου ἀγνοουμένου. ὥσπερ γὰρ ἐν νυκτὶ πολέμου ἀλλοῦσης, καθεύδοντες οἱ διαβαλλόμενοι φονεύονται, καὶ τὸ πάντων οἰκτιστον, ὁ μὴ καὶ εἰδὼς τὰ γεγονότα, προσέρχεται τῷ φίλῳ φιλικῶς, καὶ μηδὲν φυλαττόμενος ἑαυτῷ συνεπιτίθεται, καὶ

A proditiones adiuuant, manus porrigunt, portas aperiunt, omnibusque modis expugnationi auditoris vnà incumbunt. Ac primùm quidem hæ sunt, rerum nouarum studium, ac præsentium fastidium, quod hominis ingenio à natura est insitum: deinde verò quod ad rerum incredibilium auditionem sequitur. Nescio enim quo pacto gaudemus omnes clanculùm, quum plenas suspicione delationes audimus. Quibusdam enim comperi aures calumnijs ita suauiter titillari, ac si pennis confricentur. Proinde quum talibus adiuti socijs irruerint, vi vtique capiunt: nec ægrè paratur victoria, vbi nemo repugnat, nec vim propulsat: sed qui audit, vltro seipsum dedit: qui verò accusatur, insidiarum est ignarus. Nam haud aliter qui deferuntur, atque qui captis vrbibus pereunt, dormientes trucidantur. Et quod est omnium maximè miserabile, hic rerum actarum nescius, amicum hilari vultu adit, vt nullius mali sibi conscius, & consueta dicit, facitque,

τὰ πιθανὰ λέγει, καὶ πρὸς

παντὶ δόλῳ ὁ ἄθλιος ἐνηδρευμένος. ὁ δ', ὦ μῆτερ, ἔχει τι γνωσιμαῖον, καὶ ἐλεύθερον, καὶ παρρησιαστικὸν, εὐθὺς ἐξέρρηξε τὴν ὀργὴν, καὶ τὸν θυμὸν ἐξέχεε. καὶ τέλος, πλὴν ἀπολογίαν προσαιτοῦμαι, ἔγνωκα τὸν φίλον παροξυνόμενος. ἀλλ' ὁ μὲν ἀγνώμων, καὶ ταπεινότερος, προσίεται μὲν, καὶ προσμειδιᾷ τοῖς χείλεσιν ἄκροις, μισεῖ δ', καὶ λάθρα τοὺς ὀδόντας διαπρίει. καὶ ὡς ὁ ποιητής φησι, βυσσοδομεύει ἄλλο φρεσίν. οὐ δή ἐγὼ οἶμαι ἀδικώτερον, οὐδὲ δουλοπρεπέστερον, ἐνδακόντα τὸ χεῖλος, ὑποβρέφειν τὴν χολὴν, καὶ τὸ μῖσος ἐν αὐτῷ κατακλεῖσον αὔξειν, ἕτερα μὲν κεύθοντα ἐν φρεσὶν, ἄλλα δὲ λέγοντα, καὶ ὑποκινούμενον ἰλαρῷ καὶ κωμικῷ προσώπῳ, μᾶλλα πεπαθῶς τινα, καὶ γέμουσαν τραγῳδίαν. μάλιστα δὲ τοῦτο πάσχουσιν, ἐπειδὰν πάλαι φίλος ὁ ἐνδιαβάλλων δοκῶν εἶναι τῷ ἐνδιαβαλλομένῳ, ποιῇ ὁμοίως. τότε γὰρ ὅτε φωνὴν ἀκούειν ἔτι θέλοιεν τὰ διαβαλλομένων, ἢ τὰ ἀπολογουμένων, τὸ ἀξιόπιστον τῆς κατηγορίας ἐκ τῆς πάλαι δοκούσης φιλίας προσειλήφοτες. οὐδὲ τοῦτο λογιζόμενοι, ὅτι πολλαὶ πολλάκις ἐν τοῖς φιλτάτοις μί-

infidijs omnifariam miser obsessus. Tum ille, si homo ingenuus est, & liber, ac confidens, iram ilico rumpit, animúmque effundit: denique præuisa defensione, agnoscit se aduersus amicum abs re fuisse exacerbatum. Sin autem ignauiore est, & abiectiore animo, admittit quidem, summíscque labijs arridet: verùm odit, & clam dentibus frendet: ac vt inquit poëta, iram in animo molitus. Quo vtique homine nihil putem iniustius, nihil seruilius, qui admorso labro bilem intus alit, odiúmque intra se conceptum auget, dum aliud in mente occulit, aliud in ore habet, & plenam affectibus tragœdiam in se commouet. Túncque potissimùm hoc faciunt, quum simile facit delator qui delati olim amicus videtur fuisse. Tunc enim ne vocem quidem delati, tantum abest vt defensionem audire velint: tantum fidei calumniæ facit, præcepta illa de de veteri ipsorum amicitia opinio: cùm non reputent inter amicissimos clam alijs non rarò multas simul-

ὁδὸς παρεμπίπτουσιν αἰτίας, τὸν
ἄλλους λανθάνουσαι. καὶ ἐνίοτε
οἷς αὐτός τις ἔνοχος ὢν, ταυτὶ
φθάσας κατηγόρησε τοῦ πλη-
σίον, ἐκφυγεῖν, οὕτω πειράμενος A
τῷ διαβολῷ. καὶ ὅλως, ἐχ-
θρὸν μὲν οὐδεὶς ἂν πολυπραγμονεῖ
διαβάλλειν. ἄπιστος γὰρ αὐτό-
θι ἡ κατηγορία, προδήλου ἔ-
χουσα τὴν αἰτίαν. τοῖς δὲ φί- B
λοις ἐπιχειροῦσι, μάλιστα φίλοις ἐπιχειροῦσι, τῷ πρὸς τὸν ἀκούοντας
ἔνοιαν ἐμφῦναι προσαγομένοις, ὅτι ἐπὶ τῷ μείζονι συμφέ-
ροντι οὐδὲ τῶν οἰκειοτάτων ἀ- C
πέχονται. εἰσὶ δέ τινες, οἳ καὶ
μαθοῦσιν ὕστερον ἀδίκως διαβε-
βλημένους παρ' αὐτοῖς τοὺς φί-
λους, ὅμως ὑπ' αἰσχύνης ὧν
ἐπίστευσαν, οὐδέ τι προσέπεσθαι,
οὐδὲ τολμῶσι προσβλέπειν
αὐτοῖς, ὥσπερ ἠδικημένοι, ὅτι
μηδὲν. ἀδικοῦντας ἐπιγρά-
φουσιν. τοιγαροῦν πολλῶν κα-
κῶν ὁ βίος ἐπλήσθη τοῦ τῶν
οὕτω ῥᾳδίως, καὶ ἀνεξετάστως D
πεπιστευμένων διαβολῶν. ἡ μὲν
γὰρ Ἀντεια, τεθνάναι φησὶν
ὦ Περῖτε, ἢ κάκιστα Βελ-
λεροφόντην, ὃς μὲν ἔθελε φιλό-
τητι μιγῆναι αὐτῆ ἀθέλουσαν,
αὐτὴ προτέρα ἐπιχειρήσασα
καὶ προφθεῖσα. καὶ μικροῦ ὁ

simultatũ causas intercedere: interdum etiã eum, quorum ipse reus est, socium insimulare, dũ sic anteuertẽdo, calumniam nititur euitare: denique neminem audere inimico calumnias instruere. Nam ei accusationi non habetur fides, cuius manifesta est causa. Verũm eos qui videntur amici, potissimùm aggrediuntur, optantes suam erga auditores beneuolentiam indicare, quòd in ipsorum commoda, neque familiarissimis parcant. Quidam autem sunt, quibus tametsi postea comperitur falsum apud se crimen amicis fuisse impositum, tamen cùm id credidisse pũdeat, neque admittere quicquam, neque illum intueri audent, ac si in Diuria sint affecti, quia nihil ab illis delictum agnouerũt. Proinde multis malis referta est hominum vita, eo quòd tam facilè, nullâque facta disquisitione calumnijs fides habetur. Nam ait Antia, *Prate velim pereas, perijs nisi Bellerophontem, Qui tenerum inuita voluit violare pudorem*: quanquã ipsa prior solicitarat, & neglecta fuerat. Ac parum abfuit, quin adolescens in congressu

συμπλοκὴν διεφθάρη, ἐπτίμου σωφροσύνης ὑπομχὸν, καὶ πρὸς τὸν ξένον αἰσχοῖς ὑπὸ μάλα γυναικὸς ἐπιβεβουλευμένος. ἠδὲ Φαίδρα, καίκείνη τὰ ὅμοια κατειποῦσα τῷ πατρὶ, ἐπέρασεν ἐπτίνοτ τὸν Ἱππόλυτον γνῶναι ὑπὸ τοῦ πατρὸς, εἰ μηδὲν ὦ θεοί, μηδὲν αὐτὸν εἰργασμένον. καὶ φήσει τις. ἀλλ' ἀξιόπιστός ἐστιν ἐνίοτε ὁ διαβάλλων ἀνὴρ, τά τε ἄλλα δίκαιος, καὶ σώφρων εἶναι δοκῶν. καὶ ἐγὼ μὲν προσέχειν αὐτῷ, ἅτε μηδὲν αὐτοιοῦτο κακουργήσαντι. ἆρ' οὖν τοῦ Ἀριστείδου ἐστὶ τις δικαιότερος; ἀλλ' ὅμως καὶ κεῖνος συνέστη ἐπὶ τὸν Θεμιστοκλέα, καὶ συμπαρώξυνε τὸν δῆμον, ἧς φασιν ἐκεῖνος πολιτικῆς φιλοτιμίας ὑποκεκινημένος. δίκαιος μὲν γὰρ ὡς πρὸς τοὺς ἄλλους Ἀριστείδης. ἄνθρωπος δὲ καὶ αὐτὸς ἦν, καὶ χολὴν εἶχε, καὶ ἠγάπα τινας, καὶ ἐμίσει. καὶ εἰγε ἀληθής ἐστιν ὁ περὶ τοῦ Παλαμήδους λόγος, ὁ σωφρονέστατος τῶν Ἀχαιῶν, καὶ τοῖς ἄλλοις ἄριστος, τιμωρεῖσθαι βουλόμενος, καὶ ἐπιδεῖξαι ὑπὸ φθόνου φαίνεται σωφρονισθεὶς καὶ αὐδρὸς ὁμαίμου, καὶ φίλου, καὶ ἐπὶ τὸν αὐτὸν

cum Chimæra perierit, castitatis dans pœnas, & pudoris erga hospitem, insidijs à lasciua muliere petitus. Quiddam etiam simile Phædra de priuigno obloquuta, fecit vt Hippolytus à patre deuoueretur, etsi nihil, ô Dij, nihil nefarij perpetrasset. At dicet aliquis. Quandoque fide dignus est calumniator, qui alias iustus & prudens videtur esse, eique præbenda auris, vt qui tale nihil perpetrarit. Est-ne aliquis iustior Aristide? attamen ille in Themistoclem conspirauit, animósque populi concitauit, gloriæ popularis, vt aiunt, æmulatione titillatus. Alias vir bonus Aristides: sed homo cùm esset, irasci poterat, & alios amabat, alios oderat. Si verum quoque est, quod de Palamede ferunt, quidam Græcorum sapientissimus, alijsque in rebus optimus, inuidia flagrans insidias parasse fertur cognato, amico, & ad idem periculum profecto:

κίνδυνον ἐπιπλεύκότος. οὗ-

πως ἔμφυτον ἅπασιν αὐθρώποις
ἡ περὶ τὰ τοιαῦτα ἁμαρτία. τί
γὰρ ἄν τις, ἢ τὸν Σωκράτην λέ-
γοι, ἢ ἀδίκως ὡς τὸν Ἀθη-
ναίων διαβεβλημένον ὡς ἀσε- A
βῆ, καὶ ἐπίβουλον; ἢ τὸν Θεμι-
στοκλέα, ἢ τὸν Μιλτιάδην, τὸν
μυριτριακοντάρχους νίκας, ὑπὸ πρε-
σβείας τῆς Ἑλλάδος ὑποπτους
γενομένους; μυρία γὰρ τὰ παρα- B
δείγματα. καὶ χαλεπὸν, τὰ πλεί-
στα ἤδη γνώριμα. τί οὖν χρὴ
ποιεῖν τοῦτο νοῦν ἔχοντα,
ἢ ἀρετῆς, ἢ ἀληθείας ἀμφισβη-
τούμενα; ὅπερ οἶμαι καὶ Ο- C
μηρος ἐν τῷ περὶ σειρήνων
μύθῳ αἰνίξατο, παραπλέειν κε-
λεύσας ταῖς ὀλεθρίοις ταύταις
τῶν ἀκουσμάτων ἡδοναῖς, καὶ
ἀποφράττειν τὰ ὦτα, καὶ μὴ
ἀνιέναι αὐτὰ ἀπατεωνεύειν
τοῖς πάθεσι παρειλημμένοις,
ἀλλ' ἐπισκοπεῖν ἀκριβῶς D
τὸν λογισμὸν ἅπασι τοῖς
λεγομένοις, τὰ μὲν ἄξια, προ-
σίεσθαι, καὶ παραβάλλεσθαι.
τὰ φαῦλα δ', ἀποκλείειν, καὶ
ἀπωθεῖν. καὶ γὰρ ἂν εἴη γε-
λοῖον, τὰ μὲν οἰκίας θυρω-
ρὸν καθίσαι, τὰ ὦτα δ', καὶ
τὴν διάνοιαν, ἀνεῳγμένα ἐᾶν.
ἐπειδὴ τοίνυν τοιαῦτα πρό-
σωπα λέγων, αὐτὸ δὲ αὐτὸ

adeò naturæ hominum familiare est hoc errore labi. Porrò, quorsum attinebat & Socratem recensere, impietatis & insidiarum apud Athenienses insimulatum? Quid Themistoclem, aut Miltiadem tot partis victorijs, suspitione proditionis notatos? Sunt enim exempla innumera, & vulgo iam pleraque non ignota. Quid igitur faciet vir prudens, quum de virtute, aut veritate ambigitur? Sanè quod Homerus in Sirenum fabula docet, quum iubet vt pernicioſas hasce sermonum voluptates præteream, obturet aures, nec eas passim aperiat affectu præoccupatis: sed sedulo ianitore adhibito, ratione nimirum quæ delationes expendat: dignas quidem recipiat & admittat: malas verò excludat, & depellat. Ridiculum enim fuerit ædium ianitores constituere, aures verò mentemque aperta finere. Quum igitur quispiam talia quæpiam tibi dixerit: rem ipsam apud te perpendas,

χρὴ τὸ πρᾶγμα ἐξετάζειν,

μήτε ἡλικίαν τὸ λέγοντος ὁρῶντα, μήτε τἄλλον βίον, μήτε τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἀγχίνοιαν. ὅσῳ γὰρ τις πανουργότερος, τοσούτῳ ἐπιμελεστέρας δεῖται τῆς ἐξετάσεως. οὐ δεῖ τοίνυν πιστεύειν ἀλλοτρίᾳ κρίσει, μᾶλλον δὲ μίσει τοῦ κατηγορουμένου, ἀλλ' ἑαυτῷ τὴν ἐξέτασιν φυλακτέον, τῆς ἀληθείας, ἀποδύντα καὶ τῷ διαβάλλοντι τὸν φθόνον, καὶ ἐν φανερῷ ποιησάμενον τὸν ἔλεγχον τῆς ἑκατέρου διανοίας, καὶ μισεῖν οὕτω, καὶ ἀγαπᾶν τὸν δεδοκιμασμένον. φρὶν δὲ τοῦτο ποιῆσαι ἐκ τῆς πρώτης διαβολῆς κεκινημένον, Ἡφαίστειός ὡς μέγα κωδωνίσῃς, καὶ ταπεινὸν, καὶ παντῶν οὐχ ἥκιστα ἄδικον. ἀλλὰ τούτων ἁπάντων ἄπειρον, ὅσῳ ἐν ἀρχῇ ἔφημεν ἄγνοια, καὶ τὸ ἐν σκότῳ που εἶναι τὴν ἑκάστου βόπον. ὡς εἴγε θεῶν τις ἀποκαλύπτειεν ἡμῶν τοὺς βίους, οἵοιτο ἂν φεύγουσα ἐς τὸ βαράθρον ἡ διαβολὴ, χώραν οὐκ ἔχουσα, ὡς ἂν πεφωτισμένην τῶν πεπραγμένων ὑπὸ τῆς ἀληθείας.

nec delatoris ætatem, nec mores, nec in dicendo solertiam spectes. Nam quo quis est disertior, eo accuratiore disquisitione indiget. Ergo alterius iudicio, imò potiùs accusatoris odio non est credendum: at veri examen sibi seruandum, tum calumniatori inuidiam tribuendo, tum vtriusque mentis argumentum patefaciendo. Et sic alterum odisse, alterum amplecti licet, quem probauerit. Sed priusquàm hoc factum sit, prima calumnia commoueri, hercle quàm iuuenilis, abiectique animi est, & à iustitia semotissimi. At verò horum omnium causa, vna est ignorantia, tenebræque illæ quibus cuiusque mores obuoluuntur. Nam si Deorum quispiam animos nostros retegeret, in barathrum aufugeret, locum non inueniens Calumnia, vt pote rebus à veritate illustratis.

ΨΕΥΔΟΛΟΓΙΣΤΗΣ, Η ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΠΟΦΡΑΔΟΣ.

PSEVDOLOGISTA, SIVE DE APOPHRADE, HOC EST, die nefasto.

ARGVMENTVM.

Inuectiua est in eum, à quo derisus fierat, quòd Apophradi verbo vsus esset, ipsumque diei atro comparasset. Continetur autem tota oratio duabus partibus, quarum priore ostendit, nomen Apophradis Græcum, & vsitatum Græcis esse, & se recte eo vsum quoque esse, eáque exemplis aliorum, qui similibus nominibus etiam alios nefarios ac detestabiles, probrose appellarunt. In altera autem vitam & mores, & item sermonem ac dicendi genus illius insectatur, ostendens illum meritò ac dignè ista voce cognominari, vt potè atrum ac detestabilem, & ab alijs quoque similibus antea appellationibus eodem modo passim notatum, afficta etiam prosopopœia lingua, expostulantis cum illo super abusu, & fœdo ministerio, cui adhibeatur. Exordium longius paulò est ad attentionem ac docilitatem pertinẽs, captata interim & benevolentia instituto suo, ab exemplo Archilochi, qui se eodem modo vltus fuerit. Post Exordium Prosopopœia Elenchi ex Menandri prologis introducitur, qui argumentum rei & occasionem scripti huius exponit. Titulus alter à materia de qua tractatur, alter ab ipsius, qui accusatur effectu siue opere sumptus est, quòd falsò de voce Apophradis iudicarat, eámque quasi peregrinam ac barbaram derisérat. Est enim λογίσης examinator, ἐξεταστὴς & κριτὴς seu δοκιμαστὴς, vt Hesichius indicat.

ΑΛΛ' ὅτι μὲν ἠγνόεις τοὔνομα τὴν ἀποφράδα, παντί που δῆλον. πῶς γὰρ οὐκ ἠπιῶς βάρβαρον εἶναί με τὴν φωνὴν ἐπ' αὐτῷ εἰπόντα; ὥρᾳ σε, ὡς ἀποφράδ' ὅμοιος εἰκάσειεν ἂν τῶν σῶν τρόπων σου νὴ Δία μέμνημαι, εἰκάσας τῇ τοιαύτῃ ἡμέρᾳ, εἰμὴ καὶ παντάπασιν ἀνή-

ΤΟ quod Apophradis nomẽ ignorabas, cuiuis facilè patet. Quomodo enim accusares me ceu barbarũ linguam, ob hoc quod de te dixi apophradi simile esse te? Nã mores tuos memini me cum tali die conferre, nisi prorsus ne audisses quidem

κοος ἤδει τῶ ὀνόματος. ἐγὼ ὃ
τι μὴ μὴ ἀποφράδα ὄ, τι καὶ
βούλει εἶναι, διδάξω σε μικρὸν
ὕστερον. τὸ δὲ τῶ Ἀρχιλόχου ἐ-
κεῖνο, ἤδη σοι λέγω, ὃ πτέρνιζα
τὸν πόρδωνα ἐπαίλιφας, εἰκῆ π-
ρὸς ποιητὴν ἰάμβων ἀκούεις Ἀρ-
χίλοχον, πάνυ τὸ ἦθος, οὐ-
δὲ ἐν κωμῳδίᾳ ἐλεύθερον, ἢ παῤ-
ρησίαν συνόντα, μηδὲν ὀκνοῦντα
ὀργίζειν, εἰ μὴ ὀπιμάλιόν τι λυ-
πήσειν ἔμελλε τοὺς περιπετεῖς
ἐσομένους τῇ χολῇ τῶν ἰάμβων
αὐτοῦ. ἐκεῖνος τοίνυν πρός τινος
τῶν τοιούτων ἀκούσας κακῶς, τέτ-
τιγα ἔφη τὸν αὐδόνα ἐπαφέναι τῷ
πόρδωνι, εἰκάζων ἑαυτὸν τῷ τέττι-
γι ὁ Ἀρχίλοχος, φύσει μὲν λάλῳ
ὄντι, καὶ ἄνευ τινὸς ἀνάγκης. ὁ-
πόταν δὲ καὶ τὸν πόρδωνα λυπηθῇ, γε-
γωνότερον βοᾶν. καὶ σὺ δ' ἔστι
ὦ κακόδαιμον ἄνθρωπε, τί βου-
λόμενος, ποιητὴν λάλον παρ-
οξύνεις ἐπὶ σεαυτὸν, αἰτίας ζη-
τοῦντα, καὶ ὑποθέσεις τοῖς ἰάμ-
βοις, ταῦτά σοι καὶ αὐτὸς ἀπει-
λῶ, ἃ μὰ τὸν Δία τῷ Ἀρχιλόχῳ
εἰκάζων ἐμαυτόν. πόθεν; πελ-
λῆνε καὶ δέον σοὶ ὄμοια συνῳ-
δὸν ἰάμβων ἄξια βεβιωμένα,
πρὸς ἃ μοι δοκεῖ, οὐδ' ἂν ὁ Ἀρ-
χίλοχος αὐτὸς διαρκέσαι, πρὸς
παρακαλέσας καὶ τὸν Σιμωνί-
δην, καὶ τὸν Ἱππώνακτα συμποιεῖν μετ' αὐτῶν κἂν ἐν τῶν πρὸς-

nomẽ hoc. Ego verò ipſam quidẽ Apophradẽ, quid ſibi velit, quidq; ſignificet, paulò pòſt te docebo. In præſentia autẽ Archilochi illud tibi dico, quòd videlicet cicadã ala cõprehẽdiſti. Simodo poëtã Archilochũ fuiſſe audiſti, qui genere fuerit Pariũs, homo liber admodũ, & dicax, neq; cõuitiari vnquã verit⁹, etiãſi quã maximè moleſtus futurus eſſet ijs, qui iniamborum ipſius otiũ incurrerent. Ille igitur cũ malè à quopiã iſtorũ audijſſet, hominẽ ait alis cicadã cõprehẽdiſſe: cõparãs ſeipſum cicadæ Archilochus, natura quidẽ ſtreperẽ, ac nulla cogente neceſſitate, vocali: quoties autẽ etiã ala cõprehẽditur, altius quiddã ſtridẽti. Tũ quoq; igitur, inquit, homo infœlix, quid tibi vis, qui poëtã loquacẽ cõtra te ipſum irritas, alioqui cauſas, & materiã ſuis iãbis quęrẽtẽ? Atq; hæc tibi quoq; nũc interminor, haud equidẽ per Iouẽ mę ipſũ cũ Archilocho conferens: vnde enim hoc poſſẽ, vt qui lõgè adeò inferior illi ſim? ſed quòd tibi conſcius ſim, innumera quædã iãbis digna, abs te in vita perpetrata eſſe: ad quæ mihi videtur ne ipſe quidem Archiloch⁹ ſufficere, aſſũpto etiã Simonide, & Hipponacte, vt vel vnũ aliquod eorũ

tandem gratia pecuniæ possessionem inter indifferentia ponēdam esse censeatis: cùm ex omnibus nihil aliud spectetis, quàm vt ipsi quamplurimum pecuniæ possideatis. Atque ob id, semper apud diuites hæretis, fœneratis, & vsuræ incumbitis, neque non mercede docetis. Rursus cùm voluptatem detestemini, atq; hac de causa Epicureos vituperetis, turpissima facitis, & patimini voluptatis gratia, indignè ferentes siquis vos ad cœnā vocarit: & si vocemini, non satest tantū vocare, vt cibo turgeatis, nisi & famulis tantum donetis. Quæ cùm diceret, pariter feuellere conabatur linteum quod Zenothemidis puer tenebat, omni carnium genere refertum: erátque eo soluto, carnes in solum proiecturus, nisi fortiter resistens puer illud non remisisset. Hîc Hermon. Euge Cleodeme, respondeant qua gratia damnent voluptatem, cùm ipsi supra cæteros omnes studeant voluptati. Quin magis, inquit Zenothemis, tu Cleodeme, respondeto quamobrem diuitias inter indifferentia numeres. Imò tu potiùs. Et ad hunc modum diu sunt altercati, donec Ion capite tandem in apertum prolato,

παύσασθε ἔφη. ἐγὼ γὰρ εἰ δοκεῖ, λέγων ἀφορμὰς ὑμῖν ἀξίων τῆς παρούσης ἑορτῆς καταθήσω εἰς τὸ μέσον. ὑμεῖς δ', ἀφιλονείκως ἐρεῖτε, καὶ ἀκούσεσθε ὥσπερ ἀμέλει καὶ παρὰ τῷ ἡμετέρῳ Πλάτωνι ἐν λόγοις ἃ πλείοσι διατείβη ἐγένετο. παύεσθαι ἐπῄνεσαν οἱ παρόντες. καὶ μάλιστα οἱ ἀμφὶ τ' Αεισχίνετόν τε, καὶ Εὔκριτον, ἀπαλλάξασθαι τῆς ἀνδίας οὕτω γοῦν ἐλπίσαντες. καὶ μετῆλθέ τε ὁ Αεισχίνετος ἐπὶ τὸν αὐτῆς τόπον, εἰρωνίᾳ γεγενῆσθαι ἐλπίσας. καὶ ἅμα εἰσεκεκόμιστο ἡμῖν τὸ ἐντελὲς ὄνομαζόμενον δεῖπνον, μία ὄρνις ἑκάστῳ, καὶ κρέας ὗος, καὶ λαγῶα, καὶ ἰχθὺς ἐκ ταγηνίου, καὶ σταμοῦσι, καὶ ὅσα ἐν χαρᾷ εἶναι, καὶ ἐξὸν ἀποφέρεσθαι τοῦτα. περιῆν δὲ οὐχ ἓν ἑκάστῳ πυράκιον, ἀλλ' Αεισχίνετῳ μόνῳ, καὶ Εὐκρίτῳ, ἐπὶ μιᾶς χαπέζης κοινόν. καὶ τὰ παρ' αὐτῶν, ἑκάτερον ἐχέλυν λαβεῖν. Ζηνοθέμιδι δὲ τῷ στωϊκῷ, καὶ Ερμωνι τῷ ἐπικουρείῳ, ὁμοίως κοινὸν καὶ τούτοις. εἶτα ἐξῆς Κλεοδήμῳ, καὶ Ιωνι, μεθ' οὓς τῷ νυμφίῳ, καὶ ἐμοί. τῷ Διφίλῳ δὲ, τὰ ἀμφῶιν. ὁ γὰρ Ζηνων ἀπελελύθει. καὶ μέμνησό μοι τούτων

desistite, inquit, Ego, si libet, sermonum argumenta proponam in medium hac festiuitate digna. Vos porrò citra contentionem viciſſim & dicite, & auſcultate, vt nimirum etiam apud Platonem noſtrum, alternis dicendi vicibus res vt plurimùm agitatur. Id dictum probabant cùm omnes qui aderant, tũ in primis Ariſtænetus, & Eucritus, in ſpem erecti fore vt ab hac moleſtia liberarẽtur. Et Ariſtænetus priorem in locum ſeſe recepit, iam partam eſſe pacem ratus. Iámque nobis inferebatur ea conuiuij pars, abſolutam cœnam vocant, ſingulæ ſingulis aues, carnes aprugnæ, & leporinæ, piſcis Tagenicus, placentæ, breuiter illa, quæcunque liberum eſt comedere, vel domum aſportare. Apponebatur autem non ſua cuique quædtula: verùm Ariſtæneto & Eucrito communis eadem in mẽſa: eráque vtriq; capiendũ, quod ſua ex parte erat. Cõmunis etiam Zenothemidi Stoico, & Hermoni Epicureo: deinceps Cleodemo, & Ioni: poſt hos ſpõſo, & mihi. Diphilo autem pars duorum appoſita, cùm Zeno iam diſceſſiſſet. Hæc memineris

πων ὦ Φίλων, διότι δή ὅτι καὶ ἐν αὐτοῖς χρήσιμον εἰς τὸν λόγον. Φι. μεμνήσομαι δή. Λυ. ὁ τοίνυν Ιων, πρῶτος οὗ ἄρχομαι ἔφη εἰ δοκεῖ. καὶ μικρὸν ὑπισχνεῖτο, ἐπισχεῖν μέ ἵσως. ἔφη τοιούτων αὖ δῶν παρόντων, περὶ ἰδεῶν τε, καὶ ἀσωμάτων εἰπεῖν, καὶ ψυχῆς ἀθανασίας. ἵνα ὅ μὴ ἀπλέγωσί μοι, ὁπόσοι μὴ κατὰ ταυτὰ φιλοσοφοῦσι, περὶ γάμων ἐρῶ τὰ εἰκότα. τὸ μὲν οὖν ἄριστον λοιπὸν, μὴ δεῖσθαι γάμων, ἀλλὰ σπεύδομένους Πλάτωνι, καὶ Σωκράτει παιδερασταῖν. μόνοι γὰρ οἱ τοιοῦτοι ἀποτελεστέον αὖ πρὸς ἀρετήν, εἰ ὃ δεῖ καὶ γυναικείου γάμου κατὰ τὰ Πλάτωνι δοκοῦντα, κοινὰς εἶναι ἐκείνων τὰς γυναῖκας, ὡς ἔξω ζήλου εἶναι μόνον. γέλως ὅπου τούτοις ἐγένετο, ὡς ὃν ἐν χαρᾷ λεγομένοις. Διονυσόδωρος δ', ἐπαύσω ἔφη βαρβαρικὰ ἡμῖν ᾄδων; πῶς γὰρ αὖ ἐνείσοιμεν τὸν ζῆλον ὅπου τούτου, καὶ παρά τῳ; καὶ ποῦ γὰρ φθέγξη κάθαρμα εἶπεν; οἶμαι καὶ ὁ Διονυσόδωρος αὐτελοιδρεῖτο τὰ εἰκότα. ἀλλ' ὁ γραμματικὸς Ισταῖος ὁ βέλτιστος, παύσασθε ἔφη. ἐγὼ γὰρ ὑμῖν ἐπιθαλάμιον ἀναγνώσομαι, καὶ ἀρξάμενος,

Philo, quoniam aliquid ijs ineſt ad hanc narrationem vtile. *Ph.* Meminero ſanè. *Lyc.* Ergo primus exordior, inquit Iō, ſiquidem videtur. Et interpoſita breui mora, Fortè conueniebat, inquit, vt apud eiuſmodi viros de ideis, atque incorporeis ſubſtātijs, déque animi immortalitate ſermo haberetur: verūm ne mihi contradicant, ij qui diuerſam Philoſophiæ ſectā ſequuntur, de nuptijs dicam ea quæ congruunt. Optimū illud eſſet, ſi nuptijs opus nō haberemus, ſed Platonis ac Socratis dogma ſequuti, pueros amaremus: nam ſoli qui ita facerent, virtutem abſolutam pertingerent. Quòd ſi viris omnino ducendæ ſint vxores, eas iuxta Platonis ſententiam communes habeant, videlicet quo zelotypia vacemus. Hæc riſu ſunt excepta, quòd intempeſtiuè dicerentur. Tum Dionyſodorus, Non deſines, inquit, barbarica iſta nobis occinere? Nam vbi zelotypiam iſtam requiras, aut apud quem? Et tu ſceleſte, inquit, loqui audes? Et cùm iā, opinor, cōuitia regeſtur⁹ eſſet Dionyſodorus, quę cōueniebat, vir ille optimus Iſtiæus Grāmaticus, Deſinite, inquit, ego vobis epithalāmiō recitabo: ſimúlq; cœpit

ἀνεγίγνωσκεν. ἢ μὴ γὰρ ταῦτα εἶγε μέμνησαι, τὰ ἐλεγεῖα, ἃ οἶν πάντ' ἄρ' ἦγε Λεισαγνέτου ἐν μεγάροις δῖα Κλεανθὶς αἶσαν ἐπέφερεν· ἐνδυκέως, θεσύχουσα παισάων ἄλλάων παρθενικάων, κρέσσων τῆς Κυθέρης, ἢ λ' αὖ τῆς σελήνης. νυμφίε, χὴ σὺ χαῖρε, καρτερῶν κεφαπτὲ ἐφήβων, κρέσσων Νηρῆος, χὴ Θέτιδος παιδός. ἄμμες δ' αὖθ' ὑμῖν τῶτον θαλαμήϊον ὕμνον ξυνὸν ἐπ' ἀμφοτέροις πολλάκις ἀείσωμεθα. γέλωτος οὖν ὅτι τούτοις ὡς τὸ εἰκὸς γυμνάσιον, ἀρέσθαι ἤδη τὰ παρακείμενα ἔδει. καὶ ἀνείλοντο οἱ ἀμφὶ τὸν Λεισαγνέτου, καὶ Εὔκριτον, τὰ ἀφ' αὑτῶν ἑκάτερος. κἀγὼ τἀμά, καὶ ὁ Χαιρέας, ὅσα ἐκείνῳ ἔκειτο. καὶ Ἴων ὁμοίως, καὶ ὁ Κλεόδημος. ὁ δ' Δίφιλος, κἠξίου καὶ τὰ τῷ Ζηνώνι ἤδη ἀπόντι παρατεθέντα φέρεσθαι. καὶ ἔλεγε μόνῳ παρατεθῆναι οἱ αὐτά, καὶ ἀφ' ἑτέρου διακόνοις ἐμάχετο, κἀ αὐτάοων, τῆς ὀρνίθος ἀντεπειλημμένοι, ὥσπερ ἐπὶ Πατρόκλου νεκροῦ αὐθελκοντες. καὶ τέλος, ἐνικήθη, καὶ ἀφῆκε, πολὺν γέλωτα παρασχὼν τοῖς συμπόταις. καὶ μάλιστα ἐπὶ γυναικὶ μὲν τῶτο,

legere. Erant autem Elegiaci versus hi, si satis memini. Nuper Aristæneti in ædibus vnica summo Nutrita est studio diua Cleanthis hera: Virginibus cunctis reliquis præstantior vna, Vel potior Phœbe, vel potior Venere. Salue & tu iuuenum validissime, sponse valentum, Nereo prior, ac fortior Æacida. At rursum vobis hoc carmen sæpius olim, Commune ambobus coniugiale canam. Ob hæc risu, vt consentaneum est, oborto, reliquum erat vt fercula tollerentur. Tum Aristænetus atque Eucritus vterque apposita sibi sustulerunt, ego quæ mihi, Chæreas quæ ipsi, pariter Ion & Cleodemus. Porrò Diphilus etiam Zenonis digressi partem tollere parabat, affirmans ea vni sibi fuisse apposita, ideóque cum ministris pugnabat, & manibus vtrinque iectis inter se trahebant, non aliter quàm Patrocli cadauer hinc atque illinc attrahere conantes: tandem victus est, & reliquit, multum risum præbens conuiuis: maximè cùm eam ob rem postea stomacharetur,

ὥσαι τὰ μέγιστα ἀδικήματος. οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Ερμωνα, καὶ Ζηνόθεμις, ἅμα κατέκειντο, ὥσπερ εἴρηται. ὁ μὲν, Σθράσων, ὁ Ζηνόθεμις. ὅθ' ὑπ' αὐτόν. παρέκειτο δ' αὐτοῖς τὰ μὲν ἄλλα πάντα, ἴσα. καὶ ἀπείλοντο εἰφλωικῶς. ἡ δ' ὀργὴ ἡ περὶ τὸν Ερμωνος, σμιλευτέρα. οὕτως οἶμαι τυχόν. δεῖ δὲ καὶ ταύτας ἀναιρεῖσθαι, πρὸ ἑαυτοῦ ἑκάτερον. ἐν τούτῳ τοίνυν ὁ Ζηνόθεμις, καί μοι ὦ Φίλων παῦσον τὸν νοῦν. ὁμοῦ γὰρ ἐσμὲν ἤδη τῷ κεφαλαίῳ τῶν πεπραγμένων. ὁ δὲ Ζηνόθεμις, φησὶ, παρ' αὐτὸ ἀφεὶς, τὸν περὶ τὸν Ερμωνος ἀπείλετο, πότερον ὡς ἔφλω οὖσαν. ὅθ' ἀντεπελάβετο, καὶ ἐν εἴα πλεονεκτεῖν. βοὴ τὸ ἐπὶ τούτοις. καὶ συμπεσόντες, ἔπαιον ἀλλήλους ταῖς ὄρνισιν αὐτῶν εἰς τὰ πρόσωπα. καὶ τῶν πωγώνων ἐπιλημμύοι, ἐπεκαλοῦντο βοηθεῖν. ὁ μὲν, τὸν Κλεόδημον, ὁ Ερμων. ὁ δὲ Ζηνόθεμις, Αλκιδάμαντα, καὶ Διφίλον. καὶ συνίσαντο οἱμὲν, ὡς τὸν. οἱ δὲ, ὡς ἐκεῖνον, πλὴν μόνου τοῦ Ιωνος. ἐκεῖνος δὲ μέσον ἑαυτὸν ἐφύλαττεν. οἵδ' ἐμάχοντο ἀμπαλακέντες. καὶ ὁ μὲν Ζηνόθεμις, σκύφον ἀρύμενος ἀπὸ

perinde quasi atroci affectus iniuria. Hermon autem, & Zenothemis, qui vnà, vt dictum est, accumbebãt: hic quidem, scilicet Zenothemis superiùs, ille verò inferiùs, reliqua quidem quoniam æqualia fuerant apposita, citra pugnam sustulerunt. Sed auis Hermoni apposita, erat altera paulò pinguior, quod ita casu euenerat, opinor. Iámque suam vterque sublaturus erat, ibi Zenothemis (sed mihi animum omnino aduerte Philo, iam enim ad ipsum negotij caput peruenimus) Zenothemis inquam, relicta sua, appositam Hermoni, quam dixi pinguiorem, sustulit. At ille contrà nitens retinebat, haud sinens vt ea in re potior esset. Inter hæc clamore coorto, vtrique in alterum irruentes, ipsis auibus facies mutuò cædebant: ac barbis inuicem prehensis ad opem vocabant, Hermon Cleodemum, Zenothemis Alcidamantem & Diphilum: atque alij ab huius, alij ab illius partibus steterunt, præter vnum Ionem, qui se neutrum seruabat. Cæterùm illi cõsertis manibus pugnabãt. Ac Zenothemis quidem, appositum Aristæneto scyphũ è

τῆς τραπέζης, κείμενον πρὸ τῶν Ἀλκιδαμέντου, ῥίπτει ὅπι τὸν Ἑρμωνα. κἀκείνου μὲν ἥμαρτε, παῖς δέ οἱ ἐβάπτε ἄλλη. διεῖλε δὲ τὸ νυμφίου τὸ κρανίον ἐς δύο, χρησῷ μάλα, καὶ βαθεῖ βαύματι. βοὴ οὖν παρὰ τῶν γυναικῶν ἐγένετο. καὶ κατεπήδησαν ἐς τὸ μεταίχμιον αἱ πολλαί. καὶ μάλιστα ἡ μήτηρ τοῦ μειρακίου, ἐπὶ τὸ αἷμα εἰδυῖα ἐκ τύμφης ἀναπήδησε, φοβηθεῖσα περὶ αὐτῷ. ἐν τοσούτῳ δὲ ὁ Ἀλκιδάμας ἤλειψε, τῷ Ζηνοθέμιδι συμμαχῶν. καὶ πατάξας τὴν βακτηρίᾳ, τοῦ Κλεοδήμου μὲν τὸ κρανίον, τοῦ Ἑρμωνος δὲ τὴν σιαγόνα ἐπέστειψε. καὶ τῶν οἰκετῶν ἐνίοις βοηθεῖν αὐτοῖς ἐπιχειρούντων, κατέβωσεν. οὐ μὴν ἀπέβαπτον ἐκεῖνοι. ἀλλ' ὁ μὲν Κλεόδημος, ὀρθῷ τῷ δακτύλῳ τὸν ὀφθαλμὸν τοῦ Ζηνοθέμιδος ἐξώρυπτε. καὶ τὴν ῥῖνα παρωσάμενος, ἀπέβαλε. ὁ δὲ Ἑρμων, τὸν Δίφιλον ὅπι ξυμμαχίαν ἥκοντα τῷ Ζηνοθέμιδι, ἀφῆκεν ὅπι κεφαλὴν ἀπὸ τῆς κλιντῆρος. ἔτυχε δὲ καὶ Ἰστιαῖος ὁ γραμματικὸς, διαλύειν αὐτοὺς ἐπιχειρῶν, λέξ οἶμαι εἰς τὸν ὀδόντας ἐκ τοῦ Κλεοδήμου, Δίφιλον εἶναι οἰηθέντα.

mensâ ſublatum, proiecit in Hermonem, Atque hunc haud tetigit, aliò ſed flexus aberrat. Verùm ſponſi caput in duas partes diuiſit, alto grauiſſimóque vulnere. Itaque mulierum orta eſt vociferatio, mediúmque in prælium inſilierunt multæ, cum primis autem mater adoleſcentis viſo ſanguine: ſponſa etiam ei metuens proſilijt. Inter hæc ſtrenuum ſe præbuit Alcidamas Zenothemidi opem ferens: & illiſo ſuo baculo, Cleodemi quidem caluariam, Hermonis verò maxillam comminuit: & è famulis nonnullos ipſis opem ferre parantes, vulnerauit: qui tamen non deſſerunt. Verùm Cleodemus intentato digito Zenothemidi oculum effodit: tum admotus narem mordicus auulſit. Porrò Hermon Diphilum zenothemidi ſuppetias venientem è ſponda in caput præcipitem dedit. Sauciatus eſt & Iſtiæus Grammaticus, dum eos dirimere conatur, calce videlicet in dentes illius illiſo, idque à Cleodemo, cùm hunc Diphilum eſſe putaret.

κειτο δ' ὁ ἄθλιος κ' ἀμφ' αὐτῷ
θμηρον, αἷμ' ἐμέων. πλὼ τα-
χῶς γε, καὶ δακρύων μεσὰ λὶ
πάντα. καὶ αἱ μὲν γυναῖκες, ἐκώ-
κυον, τῷ Χαιρέᾳ περιχυθεῖσαι. A
οἱ δ' ἄλλοι, κατέπαυον. μέγιστα
δ' ἐν ἁπάντων κακῶν ὁ Ἀλκι-
δάμας, ἐπεὶ ἅπαξ τὸ καθ' ἑαυ-
τὸν ἐσχέθη πάθος καὶ περιεγε-
γόντα. καὶ πολλοὶ ἂν εὖ ἴσθι ἔπε-
σον, εἰ μὴ κατέλαβε τὴν βακτη-
ρίαν. ἐγὼ δ' πρὸς τὸν τοῖχον ὀρ-
θὸς ἑρεσσόμενος, ἑώρων ἕκαστα, οὐ
παραμυνεῖ ἐμαυτόν, ὑπὸ τῶν
Ἰσταίου διδαχθεὶς, ὡς ἔστιν ὑπο-
σφαλὲς διαλύειν τὰ τοιαῦτα. C
λαμπάδας οὖν, καὶ κεντρώσεις
εἶδες ἂν, τραπέζας ἀναστρε-
πομένας, καὶ αἷμα ἐπικεχυμέ-
νον, καὶ σκύφους διπλουμένους. τέ-
λος δ', ὁ Ἀλκιδάμας ἀναστρέ-
ψας τὸ λυχνίον, σκότος μέγα
ἐποίησε. καὶ τὸ πρᾶγμα ὡς τὸ
εἰκὸς μαχρῷ χαλεπώτερον D
ἐγεγόνητο. καὶ γὰρ οὐ ῥᾳδίως
εὐπόρησεν φωτὸς ἄλλου, ἀλλὰ
πολλὰ ἐτραύθη, καὶ δεινὰ
ἐν τῷ σκότῳ. καὶ ἐπὶ πα-
ρῶν τις λύχνον ποτὲ κομί-
ζων, κατελήφθη, Ἀλκιδάμας E
μὲν, τὴν αὐλητρίδα ἀπο-
γυμνῶν, καὶ πρὸς βίαν συνι-
σχόμενον αὐτῇ παρεσκευάζων.

Iacebat igitur miser ille,
Sanguinem ab ore vomens,
vt eius Homerus ait. Præte-
rea tumultus atque lachry-
marum plena erant omnia:
dum & mulieres eiularent,
Chæreæ sponso circunfusæ,
dumque alij has studeut
compescere. Sed malorum
omnium maximum erat Al-
cidamas, posteaquam semel
ad suum redijsset ingenium,
obuium quemque ferieus:
multíque in eo prælio ceci-
dissent, scito, nisi baculum is
fregisset. Ego autem rectus
stans ad parietem, videbam
singula, neque me admisce-
bam, Istiæi edoctus exẽplo,
periculosum esse conflictus
istiusmodi dirimere. Lapi-
thas itaque Centaurósque
vidisses, euerti mensas, ef-
fundi sanguinẽ, proijci scy-
phos. Demum Alcidamas
subuersa lucerna, maximas
induxit tenebras. Iaque res,
vti verisimile est, atrocior
multò esse cœpit, cùm non
facilè lumen aliud suppete-
ret, & multa ac grauia in te-
nebris commissa sunt. Et cũ
tandem aliquis lucernam
afferret, deprehensus est,
Alcidamas quidem sibici-
nae vestem attollens, &
per vim cum ea congredi
properãs, Dionysodorus au-
tem, alio quodã in facinore

ἐφωράθη πεπωκώς. σκύφος γὰρ
ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ κόλπου, ἐ-
ξαναστάντος αὐτοῦ. εἶτ' ἀπολο-
γούμενος, Ιωνα ἔφη ἀργυρίδιον
ἐν τῇ ταραχῇ, δοῦναι αὐτῷ, A
ὅπως μὴ ἀπόλοιτο. καὶ ὁ Ιων
καθ' εἰρωνείαν ἔλεγε τοῦτο πε-
ποιηκέναι. ἐπὶ τούτοις, διε-
λύθη τὸ συμπόσιον, τελευτῆσαν
ἐν τοῖς δακρύοις. αὖθις εἰς γέλω-
τα ἐπὶ τῷ Αλκιδάμαντι, καὶ B
τῷ Διονυσοδώρῳ, καὶ Ιωνι.
καὶ οἱ τὰ βαυματίαι, φορεῖσθαι ἐξεκομίζοντο, πονήσως ἔ-
χοντες. καὶ μάλιστα ὁ πρεσβύτης C
Ζηνόθεμις ἀμφοτέρων, τῆ
μὲν, τῆς ῥινός. τῇ δ', τοῦ ὀφθαλ-
μοῦ ἐπειλημμένος, βοῶν ἀπόλ-
λυσθαι ὑπ' ἀλγηδόνων. ὥστε καὶ
τὸν Ερμωνα, κακῶς ἐκ κακοῦ
ὄντα, δύο γὰρ ὀδόντας ἐξεκέ-
κοπτο, ἀντιμαρτυρεῖσθαι, λέγον- D
τα, μέμνησο μὲν τῷ Ζηνόθε-
μι, ὡς κἀκεῖνον μὲν τὸν
πόνον. καὶ ὁ νυμφίος δ', ἀκεσαμέ-
νου τὸ τραῦμα τοῦ Διονίκου, ἀπή-
γετο εἰς τὴν οἰκίαν, ταινίαις κα-
τειλημμένος τὴν κεφαλήν, ὅτι
τὸ ζωμὸς ἀπατηθείς. ὑφ' οὗ τὴν
νυμφίην ἀπάξειν ἔμελλον, πρ-
οῖς ὁ ἄθλιος τὸν γάμοις ἑορ-
τάσας. καὶ τῶν ἄλλων δ' ὁ Διόνι-
κος ἐπεμελεῖτο δηλαδὴ τὰ δωρατά.

ridiculo proditus est. Nam vt surrexerat, scyphus è sinu illius in solum decidit. Postea excusans, Ionem aiebat in tumultu calicem sublatum sibi tradidisse, ne amitteretur. Id ita factum studio asserebat Ion. His rebus dimissum est conuiuium à lachrymis in ridiculum exitum conuersum: idque Alcidamantis, Dionysodori, & Ionis gratia. Tum qui erant saucij, malè se habentes sarcinæ instar deportabantur: maximè senex ille Zenothemis, pariter tum oculo, tum nare mutilatus, enecari se præ cruciatu clamans: adeò vt Hermon, quanquam ne ipse quidem expers malorum (nam huic duo dentes fuerant excussi) palam attestaretur: Memineris, inquiens, ô Zenothemis, ne posthac dolorem in medijs habendum ducas. At sponsus vulnere iam à Dionico curato, domum reuectus est, fascijs reuincto capite, eidem impositus vehiculo, quo sponsam erant abducturi. Atque ita miser ille amaras nuptias celebrauit. Deinde etiam alijs pro sua virili remedium adhibebat Dionicus. Et postquam dormiuissent, plerique

καὶ καθευδήσαντες, ἀπήγοντο

ἐμοιῶντες οἱ πολλοὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς. ὁ μέντοι Ἀλκιδάμας, αὐτοῦ ἔμεινεν. οὐ γὰρ ἐδυνήθησαν ἐκβαλεῖν τὸν ἄνδρα, ἐπὶ ἅπαξ καταβαλὼν ἑαυτὸν ἐπὶ τῆς κλίνης, βλαισίως ἐκάθευδε. τοῦτό σοι τέλος ὦ καλὲ Φίλων, ἐγένετο τῶ συμποσίου. ἢ ἄμεινον τὸ τραγικὸν ἐκεῖνο εἰπεῖν, τὸ, Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων. πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί. καὶ τὰ δοκηθέντ', οὐκ ἐτελέσθη. ἀφρος δοκήσας γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀπῆλθε καὶ ταῦτα. ἐκεῖνό τε μεμάθηκα ἤδη, ὡς οὐκ ἀσφαλὲς ἀπερύμνοια ὄντα, συμπεσεῖσθαι τοιούτοις φιλοσόφοις.

medijs in vijs vomentes, asportati sunt. Cæterùm inibi remanebat Alcidamas: hominem enim extrudere non poterant, postquam semel sese in spondam abiecerat, ibique transuersus dormiebat. Hic fuit, ô bone Philo, conuiuij finis. Quapropter rectè illud quod in tragœdia scriptum reperitur hîc dixeris, Sunt fortunæ varij casus, Multáque non sperata faciunt Dij: Nec sperata eueniunt. Nam hęc sanè nō expectatum exitum sortita sunt. Idque iam didici, non esse tutum, cui non sit opus, cum eiusmodi philosophis agitare conuiuium.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΣΥΡΙΗΣ ΘΕΟΥ. DE SYRIA DEA.

ARGVMENTVM.

Argumentum operis ipse titulus indicat. Describit enim Syriæ dea & templum, & sacra, & effigiem quoque. Facto narrationis initio à collatione reliquorum templorum, sacrorúmque, quæ in Syria sunt. Ac primùm quidem in genere commendat templum deæ huius, à sanctitate, miraculis, & opulentia. Deinde speciatim commemorat, & de origine eius, quando videlicet, & à quibus conditum tradatur, & quænam ipsa Dea esse, à pleríque putetur. Post hæc de ade templi, à quibus ea extructa fuerit, quæ eius forma, qui situs sit. Item de signis ac statuis, quæ tum intra ædem, tum extra visantur. Postremò autem & de sacerdotibus deæ, de lacu & piscibus sacris, ad quos simulachra deorum, veluti per pompam quandam, visendi causa quotannis exeunt. Præterea & de panegyricis conuentibus, quæ ibi celebrentur, de Gallis & eorum cœremonijs,

deque sacrificandi ritu ac legibus, insertis suo loco & Antiochi, & Combabi historijs, quorum alter Stratonicen nouercam amauit: alter, ad eundam eiusdem rei suspitionem, sibijpsi virilia præcidit. Atque in his nonnulla, vt videlicet illa de arca Noë (quem Lucianus, vt cæteri Graci quoque Deucalionem hic vocat) de Gallorum & sacerdotum purificatione, de vetito porcorum esu, & id genus alia ita traduntur, vt prope modum credi possit ex Iudæorum obseruationibus ac sacris pleraque illa transsumpta, sed tempore postea vsuque adulterata ac depranata fuisse.

Ἐστιν ἐν Συρίῃ πόλις, οὐ πολλὸν ἀπὸ τοῦ Εὐφρήτεω ποταμοῦ. καλέεται ἡ ἱρή. καὶ ἔστιν ἱρὴ τῆς Ἥρης τῆς Ἀσσυρίης. δοκέει δέ μοι τόδε τὸ ἄστυ μὲν ἅμα τῇ πόλει οἰκεομένῃ ἐγίνετο, ἀλλὰ τοῦ μὲν ἀρχαῖον, ἄλλο δέ. μετὰ δὲ σφίσι, τῶν ἱρῶν μεγάλων γινομένων, ἐς τόδε ἡ ἐπωνυμίη ἀπίκετο. περὶ ταύτης δὴ τῆς πόλιος ἔρχομαι ἐρέων, ὁκόσα ἐν αὐτῇ ἐστί. ἐρέω δὲ καὶ νόμους, τοῖσι, ἐς τὰ ἱρὰ χρέονται. καὶ πανηγύρεας, ταῖς, ἄγουσι. καὶ θυσίας, ταῖς, ἐπιτελέουσι. ἐρέω δὲ ὁκόσα καὶ περὶ τῶν τὸ ἱρὸν εἰσαμένων, μυθολογέουσι, καὶ τὸν νηὸν ὁκως ἐγένετο. χράφω δὲ, Ἀσσύριος ἐών. καὶ τῶν, ἀπηγέομαι. τὰ μὲν, αὐτοψίῃ μαθών.

IN Syria, non procul ab Euphrate fluuio est ciuitas, quæ vocatur Sacra: éstque sacra Iunoni Assyriæ. Sed nomen hoc vrbi, simul atque fuit condita, non inditum fuisse videtur: imò aliud illi erat antiquius, cùm verò Magna Sacra ibi celebrarentur, hoc cognomentum accepit. De hac igitur ciuitate dicturus venio quæcunque in ea sunt. Dicam autem & leges, quibus vtuntur in Sacris, & solennes conuentus quos celebrant, & sacrificia quæ peragunt. Dicam & quæcunque de illis fabulantur, qui hoc templum confecrarunt, & quo pacto condita sit ædes ipsa. Ego autem scribo, Assyrius cùm sim: & eorum quæ narro, alia

τὰ ἐγὼ, παρὰ τῶν ἱρέων ἐδάην. ἐκόντα ἐμεῦ πρεσβύτερα, ἐγὼ ἱστορέω. Πρῶτοι μὲν ὧν ἀνθρώπων, τῶν, ἡμεῖς ἴδμεν, Αἰγύπτιοι λέγονται θεῶν τε ἐννοίην λαβεῖν, καὶ ἱρὰ εἰσαγαγεῖν, καὶ τελετὰς, καὶ παντομαντικὴν ἀποδείξαι. τούτοισι δὲ καὶ ὀνόματα ἱρὰ ἔγνωσαν, καὶ λόγοισι ἱεροῖσι ἔλεξαν. μετὰ δὲ, οὐ πολλοσῷ χρόνῳ, παρ' Αἰγυπτίων, λόγον Ἀσσύριοι ἐς θεοὺς ἤκουσαν, καὶ ἱρὰ, καὶ νηοὺς ἤγειραν. ἐν τοῖσι, καὶ ἀγάλματα ἔθεντο, καὶ ξόανα ἐστήσαντο. τὸ δὲ παλαιὸν καὶ παρ' Αἰγυπτίοισι ἀξόανοι νηοὶ ἦσαν. καὶ ἔστι ἱρὰ καὶ ἐν Συρίῃ, οὐ πάρα πολὺ τοῖς Αἰγυπτίοισι ἰσοχρονέοντα. τὸ, ἐγὼ πλείστα ὅπωπα. τό, γε τοῦ Ἡρακλέος τὸ ἐν Τύρῳ, οὐ τούτου τοῦ Ἡρακλέος, τὸν, Ἕλληνες ἀείδουσι, ἀλλὰ τὸν, ἐγὼ λέγω, πολλὸν ἀρχαιότερος, καὶ τύριος ἥρως ὁσί. ἕνι δὲ καὶ ἄλλο ἱρὸν ἐν Φοινίκῃ μέγα, τὸ Σιδώνιοι ἔχουσι. ὡς μὲν αὐτοὶ λέγουσι, Ἀστάρτης ὁσί. Ἀστάρτην δ' ἐγὼ δοκέω σελήναιήν ἔμμεναι. ὡς δέ μοί τις τῶν ἱρέων ἀπηγέετο, Εὐρώπης ὁσὶ τῆς Κάδμου ἀδελφεῆς. ταύτην δ' ἐοῦσαν Ἀγήνορος τοῦ βασιλῆος

quidem ipsę coram vidi, alia verò à sacerdotibus edoctus sum. Quæcunque antiquiora me sunt, ab ijs narratione incipio. Primi hominum quos scimus, Ægyptij dicũtur & Deorum notitiam accepisse, & templa cõstituisse, & lucos, ac celebritates edidisse. Primi autem & nomina sacra intellexerunt, & sermones sacros docuerunt. Deinde non multo tempore pòst, Assyrij ab Ægyptijs doctrinam de Dijs acceperunt, sacra & templa erexerunt, in quibus simulachra posuerunt, & statuas dedicarunt. Porrò antiquitus apud Ægyptios templa statuis caruerunt. In Syria quoque sunt templa, non multo Ægyptijs tempore posteriora, quorum plurima ego vidi. Herculis quidem illud quod est Tyri, non huius Herculis, quem Græci decantant: sed quem ego dico, multò vetustior est, & Tyrius heros. Est & aliud templum in Phœnicia, quod Sidonij tenent, Astartæ vt ipsi quidem dicunt: Astarten autem Lunam esse puto. Vtque mihi aliquis ex sacerdotibus narrauit, Europæ illud est, Cadmi sororis: quam, cùm esset Agenoris regis

θυγατέρες, ἐπειδή τε ἀφανὴς ἐγεγόνει, οἱ Φοίνικες τῷ νηῷ ἐπιμήσαντο, καὶ λόγον ἱερὸν ἐπ' αὐτῇ ἔλεξαν, ὅτι εὕδουσα καλὴ, Ζεὺς ἐπόθει. καὶ τὸ εἶδος ἐς ταῦρον ἀμειψάμενος, ἥρπασε. καί μιν ἐς Κρήτην φέρων, ἀπίκετο. τάδε μὲν καὶ τῶν ἄλλων Φοινίκων ἤκουον. καὶ τὸ νόμισμα, τῷ, Σιδώνιοι χρέονται, τὴν Εὐρώπην ἐφεζομένην ἔχει τῷ ταύρῳ τῷ Διΐ. τὸν δ' ὧν, οὐκ ὁμολογέουσι Εὐρώπης ἔμμεναι. ἔχουσι δὲ καὶ ἄλλο Φοίνικες ἱερὸν, οὐκ ἀοσύεττον, ἀλλ' Αἰγύπτιον. τὸ, ἐξ Ἡλιουπόλιος ἐς τήν Φοινίκην ἀπίκετο. ἐγὼ μὲν μιν οὐκ ὄπωπα. μέγα δὲ καὶ τόδε, καὶ ἀρχαῖόν ὄζει. εἶδον δ' ἐγὼ ἐν Βύβλῳ μέγα ἱερὸν Ἀφροδίτης βυβλίης. ἐν τῷ, καὶ τὰ ὄργια ἐς Ἀδωνιν ἐπιτελέουσι. ἐδάην δ' ἐγὼ καὶ τὰ ὄργια. λέγουσι γὰρ δὴ ὧν τὸ ἔργον τὸ ἐς Ἀδωνιν ὑπὸ τοῦ συὸς, ἐν τῇ χώρῃ τῇ σφετέρῃ γενέσθαι. καὶ μνήμιν τοῦ παθέος, τύπτονταί τε ἐκάστου ἔτεος, καὶ θρηνέουσι, καὶ τὰ ὄργια ἐπιτελέουσι. καὶ σφισι μεγάλα πένθεα αἰεὶ τὴν χώρην ἴσχανει. ἐπὰν δ' ἀποπύθωνταί τε, καὶ ἀποκλαύσωνται, τεσσῆρα μὲν καταγίζουσι τῷ Ἀδωνιδι, ὅκως ἐόντι νεκύι.

filia, nec amplius appareret, Phœnices templo honorarunt: & sacrum de ipsa sermonem euulgarunt, Nimirum Iouem eius amore captum quòd esset pulchra, forma in taurum mutata, eam rapuisse, & in Cretam deportasse. Atque hæc quidem etiam à cæteris Phœnicibus audiui: & nummus quo Sidonij vtuntur, habet Europam, tauro, Ioui videlicet insidentem: sed ædem Europæ esse non confitentur. Habent & aliud templum Phœnices non Assyrium, sed Ægyptium, quod ex Heliopoli in Phœniciam peruenit: id quidem non vidi, sed & hoc magnum est, & vetustum. Vidi etiam Bybli, magnum Bybliæ Veneris templum, in quo ritus quosdam sacros in Adonidem peragunt: quos ego noui. Nam quod aper in Adonim egit, hoc in suo solo factum esse dicunt: atque in rei memoriam, singulis annis verberantur, & lamentantur, ritúsque sacros peragunt, magníque luctus per regionem ipsis indicuntur. Est postquã verberandi, & plorandi finis factus est, primùm quidem Adonidi tanquam defuncto

μὲν δ', τῇ ἑτέρῃ ἡμέρῃ, ζώειν τὸ μὲν μυθολογέουσι, καὶ ἐς τὸν ἦρα πέμπουσι, καὶ τὰς κεφαλὰς ξυρέονται, ὅκως Αἰγύπτιοι, ἀποθανόντος Ἄπιος. γυναικῶν δ', ὁκόσαι οὐκ ἐθέλουσι ξυρέεσθαι, τουτέων δὲ ζημίαν οὐκ ἐλαχίστην. ἐν μιῇ ἡμέρῃ, ὅπ τρήσεται τῆς ὥρης ἔχουσαι. ἡ δ' ὥρη, μούνοισι ξείνοισι παρακέαται. καὶ ὁ μισθὸς ἐς τὴν Ἀφροδίτην, θυσίη γίγνεται. εἰσὶ δ' ἔνιοι Βυβλίων, οἳ λέγουσι παρὰ σφίσι τεθάφθαι τὸν Ὀσιριν τὸν Αἰγύπτιον. καὶ τὰ πένθεα, καὶ τὰ ὄργια, οὐκ ἐς τὸν Ἄδωνιν, ἀλλ' ἐς τὸν Ὀσιριν πάντα τρήσεσθαι. ἔρεω δ' ὁκόθεν καὶ τάδε περὶ δοκέουσι. κεφαλὴ ἑκάστου ἔτεος ἐξ Αἰγύπτου ἐς τὴν Βύβλον ἀπικνέεται, πλώουσα τὸν μεταξὺ πλόον, ἑπτὰ ἡμερέων. καὶ μιν οἱ ἄνεμοι φορέουσι θείῃ ναυτιλίῃ. βέπεται δ' οὐδαμῇ, ἀλλ' ἐς μοιρίλιον τὴν Βύβλον ἀπικνέεται. καὶ ἔστι τὸ σύμπαν, θῶυμα. καὶ τῶτο ἑκάστου ἔτεος γίγνεται, τὸ, καὶ ἐμεῦ παρεόντος ἐν Βύβλῳ ἐγένετο. καὶ τὴν κεφαλὴν ἐθαπτέμεν βυβλίνην. ἔνι δ' καὶ ἄλλο θῶυμα ἐν τῇ χώρῃ τῇ Βυβλίῃ, ποταμὸς ἐκ τοῦ Λιβάνου τοῦ

inferias agunt. Postea verò altero die eum viuere fabulantur, & in aërem mittunt, & capita detondent, vt Ægyptij, quum mortuus est Apis. Quæcunque autem mulieres tonderi nolunt, talem pœnam exoluunt. Diem vnum ad quæstum corpore faciendum prostant. Forum autem illud solis peregrinis exhibetur: & quod inde mercedis auferunt, hoc Veneri in sacrificium datur. Sunt autem ex Byblijs nonnulli, qui dicunt apud se humatum esse Osirim Ægyptium: luctúsque & ritus hosce, non Adonidi, sed Osiridi omnes fieri: cuius rei dicam vnde fidem faciant. Caput vnoquoque anno ex Ægypto Byblum defertur, septem diebus, quantum spatij ex illa in hanc est, enatans: ipsúmque venti diuina quadam nauigatione ferunt: nec vsquam aliò vertitur, sed solam Byblum perfertur: totáque res ea est admiranda. Atque id fit quotannis, cúmque Bybli essem, factum est: capútque vidi papyraceum. Porrò etiam alia res admiranda est in terra Bybliorum. Fluuius quidam ex Libano monte in mare defertur:

οὔρεος, ἐς τὴν ἅλα ἐκδιδοῖ.

οὔνομα τῷ ποταμῷ Ἄδωνις ἐπικέαται. ὁ δὲ ποταμὸς, ἐκάστου ἔτεος αἱμάσσεται. καὶ τὸν χροιὴν ὀλέσας, ἐσίπτει ἐς τὴν θάλασσαν, καὶ φοινίσσει τὸ πολλὸν τῆς πελάγεος, καὶ σημαίνει τοῖς Βυβλίοις τὰ πένθεα. μυθέονται δ' ὅτι ταυτῃσὶ τῇσι ἡμέρῃσι, ὁ Ἄδωνις αὖτε τὸν Λίβανον πρώσσεται. καὶ τὸ αἷμα ἐς τὸ ὕδωρ ἐρχόμενον, ἀλλάσσει τὸν ποταμὸν, καὶ τῷ ῥοῷ τὴν ἐπωνυμίην διδοῖ. ταῦτα μὲν οἱ πολλοὶ λέγουσι. ἐμοὶ δέ τις αὐτὴρ Βύβλιος, ἀληθέα δοκέων λέγειν, ἑτέρην ἀπηγέετο τοῦ πάθεος αἰτίην. ἔλεγε δ' ὧδε. ὁ Ἄδωνις ὁ ποταμὸς ὦ ξεῖνε, διὰ τοῦ Λιβάνου ἔρχεται. ὁ δὲ Λίβανος, κάρτα ξανθόχρως ἐστί. αὔρεμοι ὦν βιηχέες ἐκείνῃσι τῇσι ἡμέρῃσι ἰσάμενοι, τὴν γῆν τῷ ποταμῷ ἐπιφέρουσι, ἐοῦσαν ἐς τὰ μάλιστα μιλτώδεα. καὶ δὴ γῆ μὲν, αἱμώδεα πέπηκε. καὶ τοῦδε τοῦ πάθεος οὐ τὸ αἷμα, τὸ, λέγουσι, ἀλλ' ἡ χώρη αἰτίη. ὁ μὲν μοι βύβλιος, τοσαῦτα ἀπηγέετο. εἰ δὲ ἀληθέως ταῦτα ἔλεγε, ἐμοὶ μὲν δοκέει κάρτα δεῖν καὶ τὸν ἀνέμου ἡ συμπνοίην. αὐτὸς δὲ καὶ ἐς τὸν Λίβανον ἐκ Βύβλου, ὁδὸν ἡμέρης, πυθόμενος αὐτόθι ἀρχαῖον

fluuio nomen est Adonis. Hic quotannis cruore inficitur, amissóque colore in mare delabitur, magnámque pelagi partem A cruentat, tempúsque lugendi Byblijs indicat. Fabulantur autem Adonim hisce diebus in Libano sauciari, vnde in aquam delatus sanguis, fluuijq; colorem mutet, eidémque nomen det. Atque hæc quidem vulgo dictitant. Sed vir quidam Byblius, mihi vera dicere visus, aliam huius rei causam narrauit. His verbis. Fluuius hic Adonis, ô hospes, per Libanum defertur, C cuius terra est admodum flaua: quam minio simillimam, venti vehementes diebus illis exorientes, in fluuium deferunt: eáque facit vt cruentus videa- D tur: ita non sanguis, quem aiunt, sed terra huiusce rei causa est. Ac Byblius quidem hæc mihi narrauit. Quæ si vera sunt, diuinus admodum hic venti ortus mihi videtur. E Cæterùm ex Byblo in Libanum ascendi, confecto diei vnius itinere, cùm audiuissem ibi esse antiquum

Veneris

ἱρὸν Ἀφροδίτης ἔμμεναι, τὸ, Κινύρης εἴσατο. καὶ εἶδον τὸ ἱρὸν, καὶ ἀρχαῖον μοῦ δοκέει τὰ ἐν τῇ Συρίῃ ἀρχαῖα, καὶ μεγάλα ἱρά. τοσούτων ὦν ἐόντων, ἐμοὶ δοκέειν, οὐδὲν τῶν ἐν τῇ ἱρῇ πόλει μεῖζον ἔμμεναι, οὐδὲ νηὸς ἄλλος ἀξιωτέρης, οὐδὲ χώρη ἄλλη ἱρωτέρη. ἔνι δὲ καὶ ἔργα ἐν αὐτῷ πολυτελέα, καὶ ἀρχαῖα ἀναθήματα, καὶ πολλὰ θωύματα, καὶ ξόανα θεοπρεπέα. καὶ θεοὶ ὦν κάρτα αὐτοῖσι ἐμφανέες. ἱδρώει γὰρ δὴ ὧν περὶ σφίσι τὰ ξόανα, καὶ κινέεται, καὶ χρησμηγορέει. καὶ βοὴ ὦν πολλάκις ἐγίνετο ἐν τῷ νηῷ, κλειθέντος τοῦ ἱροῦ. καὶ πολλοὶ ἤκουσαν. ναὶ μὰν καὶ ἆλφι πέει, ἐν τοῖσι ἐγὼ οἶδα, ἐκεῖνο τοῦτο. πολλὰ γὰρ αὐτοῖσι ἀπαρτέεται χρήματα, ἔκ τε Ἀραβίης, καὶ Φοινίκων, καὶ Βαβυλωνίων. καὶ ἄλλα ἐκ Καππαδοκίης. τὰ δὲ, καὶ Κίλικες φέρουσι. τὰ δὲ, Ἀσσύριοι. εἶδον δὲ ἐγὼ καὶ τὰ, ἐν τῷ νηῷ λάδρη ἀποκείμενα, ἐσθῆτα πολλὴν, καὶ ἄλλα, ὁκόσα ἐς ἄργυρον, ἢ ἐς χρυσὸν ἀποκέκριται. ἐορταὶ μὲν γὰρ, καὶ πανηγύρεις, οὐδαμοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώπων τοσάδε ἀποδέδεκται. ἱστορέοντι δέ μοι ἐτέων πέρι, ὁκόσου τῷ ἱρῷ ἔστι,

Veneris templum, quod Cinyras dedicarat. Quod templum vidi peruetustum. Atque hæc quidem in Syria sunt antiqua & magna templa. Quæ cùm multa sint, nullum tamen, quantum mihi videtur, maius eo est, quod in sacra ciuitate habetur, neque etiam ædes alia sanctior, nec terra magis sacra. In eo autem sunt, & pretiosa opera, & antiqua donaria, & mirabilia multa, Deorúmque statuæ, Dijque ipsis admodum conspicui. Nam statuæ sudant, mouentur, & oracula edunt, & clauso templo clamor in æde sæpenumero est coortus, quem audiuêre multi. Quinetiam in ijs quę noui, præcipuæ sunt opes. Nam multæ res ipsis afferuntur, ex Arabia, Phœnicibus, & Babylonijs: item aliæ ex Cappadocia, aliásque Cilices afferunt, alias Assyrij. Præterea vidi quæ in æde secretò repositasunt, vestes videlicet multas, & quæcunque in argentum, aurum-ue sunt conuersa. Nam festa, celebritatéque nullibi gentium tot receperunt. Porrò mihi de annis inquirenti, quot iam stetisset templum,

κῆ τιὼ θεὸν ἀυτοὶ, ὡσπερα δοκέοισι, πολλοὶ λόγοι ἐλέγοντο. ἦσ, οἰμωὶ, ἱεροί. οἱ δὲ, ἐμφανέες. οἱ δ', καρτα μυθώδεες. καὶ ἄλλοι, βαρβαροι. οἰμωὶ, τοῖσι Ελλησι ὁμολογεόντες. τὸν, ἐγὼ πάντας μὲν ἐρέω, δέκομαι δ' οὐδαμᾶ. οἱ μὲν ὧν πολλοὶ, Δευκαλίωνα τ' ἐσκύθεα τὸ ἱερὸν εἴπασθαι λέγοισι. τοῦτον Δευκαλίωνα, ὅτι τὸ, τὸ πολλὸν ὕδωρ ἐγένετο. Δευκαλίωνος δ' ἔστι, λόγον οὐ Ελλησι ἤκουσα, τὸν, Ελλήνες ἐπ' αὐτῷ λέγουσι. ὁ δ' μῦθος, ὧδε ἔχει. ἥδε ἡ γενεὴ, οἱ νῦν ἄνθρωποι, ὐ πρῶτοι ἐγένοντο. ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἡ γενεὴ, πάντες ὤλοντο. οὗτοι δ', γένεος τὸ δευτέρου εἰσί. τὸ, αὖτις ἐκ Δευκαλίωνος ἐς πλῆθος ἀπίκετο. ἐκείνων δ' ἔστι τῶν ἀνθρώπων, τάδε μυθέονται. ὑβρείσας καρτα ἐόντες, ἀθέμιστα ἔργα ἔρεξαν. οὔτε γὰρ ὅρκια ἐφύλασσον, οὔτε ξείνοις ἐδέκοντο, οὔτε ἱκετέων ἐφείδοντο, αὐτὰ ὧν σφισι ἡ μεγάλη συμφορὴ ἀπίκετο. αὐτίκα ἡ γῆ πολλὸν ὕδωρ ἀνεδίδου, καὶ ὄμβροι μεγάλοι ἐγένοντο, καὶ οἱ ποταμοὶ κατέβησαν μέζονες, καὶ ἡ θάλασσα ὅτι πολλὸν ἀνέβη, ἐς ὃ πάντα ὕδωρ ἐγένοντο, καὶ πάντες ὄλοντο.

quámque ipsi Deam esse putarent, multa dicebantur: quorum alia erant sacra, alia manifesta, alia admodum fabulosa, alia barbara, alia cum Græcis consentientia, quæ referam quanquam ea nullatenus probo. Complures igitur Scytham illum Deucalionem, eum puta Deucalionem, cuius temporibus aquarum diluuium fuit, templum hoc consecrasse tradunt. Apud Græcos autem, quod illi de Deucalione dicunt, audiui: sicque se habet fabula. Hanc hominum generationem quę nunc est, ab initio nequaquam fuisse, sed eam quæ tum fuit totam interijsse. Hos autē homines qui nūc sunt, secūdi generis esse, quod rursus à Deucalione in multitudinē excreuit. De illis autem hominibus hæc tradūt: eos cū essent admodū contumelioſi, nefaria perpetrasse iuramētū nō obseruādo, hospites non recipiendo, supplices non ferendo. Quam ob causam in magnam calamitatem incidisse: quum terra protinus aquam multam effudit, imbres magni ingruerunt, fluuij maiores decurrerunt, atque in tantum intumuit mare, vt omnia essent aqua, & omnes perierint.

Δευκαλίων ὁ, μοῦνος ἀνθρώπων ἐλίπετο ἐς γνοῦν δευτέρην, ἐυβουλίης τε, καὶ τοῦ εὐσεβέος εἵνεκα. ἡ δὲ οἱ σωτηρίη, ἦδε ἐγένετο. λάρνακα μεγάλην, τοῦτον ἔσχε, ἐς ταύτην ἐσβιβάσας παῖδάς τε, καὶ γυναῖκας ἑωυτοῦ, ἐσέβη. ἐσβαινόντων δὲ οἱ ἀπίκοντο σύες, καὶ ἵπποι, καὶ λεόντων γένεα, καὶ ὄφιες, καὶ ἄλλα, ὁκόσα ἐν γῇ νέμονται πάντα ἐς ζεῦγεα. ὁ δὲ, πάντα ἐδέκετο. καὶ μιν οὐκ ἐσίνοντο, ἀλλὰ θεὸς μεγάλη διόθεν φιλίη ἐγένετο. καὶ ἐν μιῇ λάρνακι πάντες ἔπλευσαν, ἔστε τὸ ὕδωρ ἐπεκράτεε. τὰ, μὲν Δευκαλίωνος πέρι, Ἕλληνες ἱστορέουσι. τὰ δ' ἀπὸ τούτου, λέγει λόγος ὑπὸ τῶν ἐν τῇ ἱρῇ πόλει μεγάλως ἄξιος θωυμάσαι, ὅτι ἐν τῇ ὀφρυέρῃ χώρῃ, χάσμα μέγα ἐγένετο, καὶ τὸ σύμπαν ὕδωρ κατεδέξατο. Δευκαλίων δ', ἐπεὶ τάδε ἐγένετο, βωμοὺς τε ἔθετο, καὶ νηὸν ὑπὸ τῷ χάσματι Ἥρης ἄγιον ἐσήπατο. ἐγὼ δ', καὶ τὸ χάσμα εἶδον, καὶ ἔστι ὑπὸ τῷ νηῷ κάρτα μικρόν. εἰ μὲν ὦν πάλαι καὶ μέγα ἦν, νεῶ τοιόνδε ἐγένετο, οὐκ οἶδα. τὸ, δ' ἐγὼ εἶδον, μικρὸν ὄν. σημα δ' τῆς ἰσοδείης, τόδε

Deucalion autem solus hominum relictus est in secundam generationem, prudentiæ, & pietatis gratia. Seruatus autem fuit hoc pacto. A Magnam quandam arcam, quam ipse habebat, liberis & vxore in eam impositis, conscendit. Ingredientem sequuti sunt apri, equi, leones, serpentes, & alia quæcunque in terra pascuntur, bina cuncta. Quæ omnia excepit: nec ipsum lædebãt: sed magna inter eos diuinitus erat concordia: vnáque in arca omnes nauigarunt, quandiu aqua superauit. Atque hæc quidem de Deucalione Græci tradunt. De ijs autem quæ deinceps sequuta sunt, quiddam ab incolis Sacræ ciuitatis refertur, magna dignum admiratione, nimirum sua in regione, D factum ingentem hiatum, qui vniuersam aquam absorbuit. Tum Deucalionem aras fecisse, supráque hiatum ædem Iunoni sacram erexisse. Ego verò hiatum illum vidi, qui sub ædé admodum est exiguus: verùm nescio fuerit-ne olim magnus nunc verò eiusmodi factus. Is vtique quem vidi, paruus est. Signum autem quo historiæ huic fidem faciant, hoc peragũt. Bis quotannis

ἐκ θαλάσσης ὕδωρ ἐς τὸν νηὸν ἀπικνέεται. φέρουσι δὲ οὐ ἱρέες μοῦνον, ἀλλὰ πᾶσα Συρίη, καὶ Ἀραβίη. καὶ πέρην τοῦ Εὐφρήτεω, πολλοὶ ἄνθρωποι ἐς θάλασσαν ἔρχονται, καὶ πάντες ὕδωρ φέρουσι, τὸ, πρῶτα μὲν ἐν τῷ νηῷ ἐκχέουσι. μετὰ δὲ, ἐς τὸ χάσμα κατίεται, καὶ δέκεται τὸ χάσμα μικρὸν ἐὸν, ὕδατος χρῆμα πολλόν. τὰ δὲ, δὴ ποιέοντες, Δευκαλίωνα ἐν τῷ ἱρῷ τόνδε νόμον θέσθαι λέγουσι, συμφορῆς τε, καὶ ἐυεργεσίης μνῆμα ἔμμεναι. ὁ μὲν δὴ ἀρχαῖος αὐτοῖς λόγος ἀμφὶ τῷ ἱρῷ, τοιόσδέ ἐστι. ἄλλοι δέ, Σεμίραμιν τὴν βαβυλωνίλιν, τῆς, δὴ πολλὰ ἔργα ἐν τῇ Ἀσίῃ ἐστὶ, ταύτην καὶ τόνδε τὸν νηὸν θέσθαι νομίζουσι. ἐκ Ἡρης δὲ θέσθαι, ἀλλὰ μητρὸς ἑωυτῆς. τῆς, Δερκετὼ οὔνομα. Δέρκετὼ δὲ εἶδος ἐν Φοινίκῃ ἐθηησάμην, θέημα ξένον. ἡμίσεη μέν, γυνή. τὸ δὲ ὁκόσον ἐκ μηρῶν ἐς ἄκρεις πόδας, ἰχθύος οὐρὴ ἀποτείνεται. ἡ δὲ ἐν τῇ ἱρῇ πόλει, πᾶσα γυνὴ ἐστι. πίσσες δὲ τὸν λόγου αὐτοῖσι, οὐ κάρτα ἐμφανέες. ἰχθύας, χρῆμα ἱρὸν νομίζουσι, καὶ οὐκοτε ἰχθύων φαύουσι. καὶ ὄρνιθας τοὺς μὲν ἄλλους, σιτέονται, πελειὰδα

ex mari aqua in ædem defertur: quam non ſacerdotes modò ferunt, ſed tota Syria, & Arabia, & qui trans Euphratem habitant, multi homines ad mare veniunt, indéque omnes aquam afferunt, quam in æde primùm effundunt: deinde ea in hiatum delabitur, ab eo quanuis paruo, ingens aquæ copia recipitur. Qui hæc faciunt, Deucalionem eo in templo legem hanc tuliſſe dicunt, in calamitatis & beneficij monumentum. Quare antiqua apud illos fama de templo, eſt huiuſmodi. Alij autem Babyloniam illam Semiramidem, cuius multa per Aſiam extant opera, hoc templum conſecraſſe putant, non Iunoni, ſed matri ſuæ, cui Dercetô fuit nomen. Dercetûs autem imaginem in Phœnicia vidi, ſpectaculum inſolitum. Erat dimidia parte mulier: & quantum à femoribus ad pedes imos protenditur, in piſcis caudâ deſinebat. Sed quæ eſt in Sacra ciuitate, tota eſt mulier. Porrò argumenta quibus huic narrationi fidem faciat, clara non habent. Piſces ſacros putant, nec piſces attingunt vnquam. Ex auibus, alias quidem edunt, ſed ſolam

ἄλλους, σιτέονται, πελειὰδα

ὗ μοιῶλιν, οὐ σιτέονται, ἀλλὰ ὀφίσι ἵδε ἱρὰ. τὰ ὗ γιγνόμενα, δοκέει αὐτοῖς ποιέεσθαι, Δερκετοῦς, καὶ Σεμιράμιος εἵνεκα. τὸ μὲν, ὅτι Δερκετὼ μορφὴν ἰχθύος ἔχει. τὸ ὗ, ὅτι τὸ Σεμιράμιος τέλος, ἐς πείσεσθαι ἀπίκετο. ἀμὴ ἐγὼ τὸ μὲν γνὸν, ὅτι Σεμιράμιος ἔργον ἔστι, τάχα κου δέχομαι. Δερκετοῦς ὗ τὸ ἱρὸν ἔμμεναι, οὐδαμᾷ πείθομαι, ἐπεὶ καὶ παρ' Αἰγυπτίων ἔνιοί εἰσι, οἱ ἰχθύας οὐ σιτέονται, καὶ τάδε οὐ Δερκετοῖ χαρίζονται, ἔστι ὗ καὶ ἄλλος λόγος ἱερὸς, τῷ, ἐγὼ σοφῇ αὐδρὸς ἤκουσα. ὅτι ἡ μὲν δὴ, Ῥέη ἔστι. τὸ ὗ ἱρὸν, Ἄτεω ποίημα. Ἄτυς ὗ ἦν ὁ Λυδὸς μὲν λῶ, πρῶτος ὗ τὰ ὄργια τὰ ἐς Ῥέην ἐδιδάξατο. καὶ τὰ, Φρύγες, καὶ Λυδοὶ, καὶ Σαμοθρᾶκες ἐπιτελέουσι, Ἄτεω πάντα ἐμάθον. ἐπὰς γὰρ μιν ἡ Ῥέη ἔτεμε, βίκ μὲν αὐδρηίου ἀπεπαύσατο, μορφὴν δὲ θηλέης ἠμείψατο, καὶ ἐσθῆτα γυναικηίην ἐνεδύσατο. καὶ ἐς πᾶσαν γῆν φοιτέων, ὄργιά τε ἐπετέλεε, καὶ τὰ, ἔπαθε ἀπηγέετο, καὶ Ῥέην ἤειδε. ἐν τοῖσι, καὶ ἐς Συρίην ἀπίκετο. ὡς ὗ οἱ περὶ Εὐφρήτεα αὐδρωποι, οὔτε αὐτὴ, ὅτε ὄργια ἐδέκοντο, ἐν τῷ δὲ τῷ

columbam non edunt, quæ ſacra ipſis eſt. Et quòd hæc ita fiunt, placet ipſis Dercetûs & Semiramidis gratia fieri: hoc quidem, quia Dercetò piſcis formam habet: illud quia Semiramis ad poſtremum in columbam verſa eſt. At ego ipſam quidem ædem Semiramidis opus eſſe, forſan admiſerim. Sed Dercetûs ſacram eſſe nequaquã credo: quando & apud Ægyptios nonnulli ſunt, qui piſcibus non veſcuntur, neq; id Dercetûs in gratiam faciunt. Fertur autem & alius ſermo ſacer, quem ego à ſapiente viro accepi: ſcilicet Rheam eſſe, Deam illam: tẽplum autem Attæ opus. Porrò Attes genere fuit Lydius, primúſque ſacra in Rheę honorem, tradidit. Ac quibus Phryges, Lydi, Samothraces vtuntur, ea omnia ab Atte didicerunt. Poſtquam enim ipſum caſtrauit Rhea, vitam quidem virilem agere deſijt, formam autem fœmininam aſſumpſit, veſtémque muliebrẽ induit. Atq; ita per omnem terram obambulans, ſacra paſſim peragebat, quæque paſſus eſſet, narrabat: Rheámque celebrabat. Inter quæ & in Syriam venit: & cùm qui trans Euphratẽ habitãt, neque ipſum, neque ſacra reciperent, hoc in ſolo

χώρῳ τὸ ἱερὸν ἐποιήσατο. σημεῖα δ' ἡ θεὸς τὰ πολλὰ ἐς Ρέλλω ἀπικέσθαι. λέοντες γάρ μιν φέρουσι, καὶ τύμπανον ἔχει, καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πυργοφορέει, ἐκείνῃ Ρέλλω Λυδοὶ ποιέουσι. ἔλεγε δὲ καὶ Γάλλων πέρι, οἵ εἰσιν ἐν τῷ ἱρῷ, ὅτι Γάλλοι Ηρῃ μὲν ἐδάμασε, Ρέῃ δὲ τέμνονται, καὶ Αττέα μιμέονται τὰ, δέ μοι ἐυπρεπέα μὲν δοκέει ἔμμεναι, ἀληθέα δέ, οὐ. ἐπεὶ καὶ τὴν τομῆς, ἄλλων αἰτίην ἤκουσα πολλὸν πιστοτέρων. ἀνδάνει δέ μοι τὰ, λέγουσι τὸ ἱρὸν πέρι, τοῖσι Ἕλλησι τὰ πολλὰ ὁμολογέοντες. τὴν μὲν θεὸν, Ηρίῳ δοκέοντες, τὸ δ' ἔργον, Διονύσου τῆς Σεμέλης ποίημα. καὶ γὰρ δὴ Διονύσου ἐς Συρίην ἀπίκετο, κείνῳ ὁδὸν, ἣν δὲ ἐπ' Αἰθιοπίην. καὶ ἔστι πολλὰ ἐν τῷ ἱρῷ Διονύσου ποιητέα σήματα. ἐν τοῖσι, καὶ ἐδεσσῆτες βάρβαροι, καὶ λίθοι ἰνδοὶ, καὶ ἐλεφάντων κέρεα, τὰ, Διονύσου δὴ Αἰθιόπων ἤγαγε. καὶ φαλλοὶ ἕστασιν ἐν τοῖσι προπυλαίοισι δύο κάρτα μεγάλοι. ἐπὶ τούτοισι, ἐπίγραμμα τοιόνδε ἐπιγέγραπται, Τούσδε φαλλοὺς Διονύσου, Ηρη μιν ζώῃ ἀνέθηκα. ἐμοὶ μὲν ὧν, καὶ τάδε ἀρκέει. ἐρέω δὲ καὶ ἄλλα, τίνα ἐστὶν ἐν τῷ νηῷ Διονύσου ὄργια.

templum constituit: multáque adsunt signa Deæ, quæ faciunt vt Rhea videatur. Leones enim ipsam ferunt, habétque tympanum, & super capite turrim gestat, qualem Rheam Lydi finguné. Dicebat autem & de Gallis idem, qui in tẽplo sunt, Gallos non Iunoni, sed Rheæ castrari, & Attẽ imitari. Hæc mihi decora quidem videntur, at non vera: siquidem castrationis causam aliã multò fide digniorem audiui. Placent verò mihi hæc quæ de templo dicunt, in quibus cũ Græcis consentiunt: Deam quidem Iunonem putantes esse, ipsum autẽ opus Bacchi Semeles filij. Etenim Bacchus in Syriam venit, eo itinerẽ quo in Æthiopiam est profectus. Multáque in templo sunt indicia, quæ Bacchum authorem comprobant. Inter quæ & vestes barbaræ, & lapilli Indici, & elephantorũ cornua, quæ Bacchus attulit ex Æthiopia. Etiam priapi stant in vestibulis, duo admodũ magni, quibus inscriptum est hoc epigramma. Hos posui Bacchus tibi Iunó nouerca priapos. Ac mihi quidẽ vel ista sufficiũt. Cæterũ aliud quoq; dicã, quis sacrorũ sit ritus in æde Bac-

Φαλλοὺς Ἕλληνες, Διονύσῳ ἐγείρουσι. ἐπὶ τ', ἢ τοιόνδε τι φέρουσι, ἄνδρας μικροὺς ἐν ξύλῳ πεποιημένους, μεγάλα αἰδοῖα ἔχοντας. καλέονται δὲ τάδε, νευροσπαστά. ἔστι δὲ καὶ τόδε ἐν τῷ ἱρῷ. ἐν δεξιᾷ τοῦ νηοῦ, κάθηται σμικρὸς ἀνὴρ χάλκεος, ἔχων αἰδοῖον μέγα. τοσάδε μὲν ἀμφὶ τῶν οἰκητέων τοῦ ἱροῦ μυθολογέουσι. ἤδη δὲ ἐρέω καὶ τοῦ νηοῦ πέρι, ὡς ἐστός τε ὅκως ἐγένετο, καὶ ὅστις μιν ἐποιήσατο. λέγουσι δὲ γυνὴ δὲ ὡρὴν ἐοῦσα, μὴ ἔμμεναι δὲ τηλοῦ ἀρχαίην γεγονυῖαν, ἀλλ' ἐκείνου μὲν, κατενεχθῆναι χρόνῳ ὕστερον. δὲ δὲ νεὼ ἐοῦσα, Στρατονίκης ἔμμεναι πόλημα, γυναικὸς τοῦ Λευκείων βασιλῆος. δοκέει δέ μοι ἡ Στρατονίκη ἐκείνη ἔμμεναι, τῆς, ὁ περίγονος ἠράσατο. τὴν, ἤλεγξε τοῦ ἰητροῦ ἐπιγοίη. ὡς γὰρ μὲν ἡ συμφορὴ κατέλαβε, ἀμηχανέων τῷ κακῷ, ἀχρῷ δοκέουσα, κατ' ἡσυχίην ἐνόσεε. ἔκειτο δὲ ἀλγέων οὐδέν. καί οἱ ἡ τε χροιὴ πάμπαν ἐξέπιπτε, καὶ τὸ σῶμα δι' ἡμέρης ἐμαραίνετο. ὁ δὲ ἰητρὸς, ὡς εἶδέ μιν ἐς οὐδὲν ἐμφανὲς ἀρρωστέουσαν, ἔγνω δὲ νοῦσον ἔρωτα ἐμμεναι. ἔρωτος δὲ ἀφανέος πολλὰ

Phalloi Græci Dionysio erigunt: in quibus & tale quiddam portant, pusillos viros ligneos, magna pudenda habentes. Vocantur autem Neurospasta hæc. Est igitur & hoc in templo illo. In dextra ædis, sedet pusillus vir æneus pudendum magnum habens: ac tantum de illo, quod ad templi conditores attinet, tradunt. Iam verò & de æde dicam, & de situ eius, déque eius conditore. Dicunt ædem illam quę principio fuit, non esse eam quæ nunc est sed antiquiorem illam successu temporis collapsam esse: hanc autem quæ nunc est, esse Stratonices opus, vxoris Assyriorum regis. Videtur autem mihi Stratonice illa esse, quam priuignus amauit, cuius amorem medici industria deprehendit. Cùm enim hęc ægritudo ipsum inuasisset, animi dubius ob malũ quod turpe videbatur, silẽtio prementis ęgrotabat. Iacebat autem nihil dolens: verũ color eius omnino immutabatur, & corpus in dies marcescebat. Medicus autem vt vidit ipsum morbi nullum præ se ferre manifestum indicium, cognouit eũ amore laborare. Amoris autẽ occulti multa sũt signa, oculi languẽtes,

φωνὴ, καὶ χροιὰ, καὶ δάκρυα. μαθὼν δὲ ταῦτα, ἐπτοήθη. χειρὶ μὲν τῇ δεξιᾷ ἔχε τὸ νεωτέρου τῶν καρδίαν, ἐκάλει δὲ τὸν αὐτοῦ οἰκέτην παῖδα. ὁδὲ, τῶν μὲν ἄλλων ἐσπόντων παντων, ἐν ἡρεμίᾳ μεγάλῃ ἦν. ὡς δὲ ἡ μανία ἀπέκετο τῷ τε χροιᾷ ἀλλάξατο, καὶ ἱδρῶτι ἄρξατο, καὶ τρόμῳ ἔχετο. καὶ ἡ καρδίη ἀνεπάλλετο. τὰ δὲ μνημόσυνα ἐμφανέα τῷ ἰητρῷ, ἃ ἔρωτα ἐποίεε. καὶ μὲν ὧδε ἐπεκτο. καλέσας τὸν νεηνίσκου τὸν πατέρα, κάρτα ὀρρωδέοντα, ἤδε ἡ νοῦσος ἔφη, τῷ, ὁ παῖς ὅδε ἀρρωστέει, οὐ νοῦσος ὀξυ, ἀλλὰ ἀδικίη. ὅδε γὰρτοι ἀλγέει μὲν οὐδὲν, ἔρωτος δέ μιν, καὶ φρενοβλαβείη ἔχει. ἐπιθυμέει δὲ, τῶν, οὐδαμᾷ τεύξεται, φιλέων γυναῖκα ἐμεῦ, τῷ, ἐγὼ οὔτι μετήσομαι. ὁ μὲν, ὧν τοιᾷδε σοφίῃ ἐχρέωτο. ὁδὲ, αὐτίκα ἐλίσσετο, ἰητρός τε σοφὸς, καὶ ἱκτεικὸς, μή μοι παῖδα ὀλέσῃς. οὐ γὰρ ἐθέλων ταύτῃ συμφορῇ ἔχεται, ἀλλά οἱ ἡ νοῦσος ἀέκουσιν. τῷ, σὺ μηδαμᾷ ζηλοτυπέων, πάντος ἔγειρε πᾶσιν βασιλῆα. μὴ δὲ ἰητρὸς ἐὼν, φόνον ἰητρὸς ἐὼν, ἐδέκετο. ὁδέ, μιν αὖτις ἀ-

vox, color, & lachrymæ. Quibus animaduersis hoc fecit. Manu dextra tenebat cor adolescentis, eos verò qui in domo erant, omnes vocabat. Ille ingredientibus cæteris omnibus, erat maximè quietus: at nouerca veniente, tum demum & colorem mutare, & sudorem emittere incipiebat, & tremore corripiebatur, eique cor subsultabat. Quæ cùm ita fierent, manifesta amoris indicia medico præbebãt. Atque ipsum hoc pactò sanauit. Aduocato adolescentis patre, qui de filio valdè sollicitus erat: hic morbus, inquit, morbus non est, sed scelus. Nam hic quidem dolore vacat: sed ipsum amor, & vecordia tenet: eáque expetit quę neutiquam cõsequetur, siquidem amat vxorem meã, quam ipsi non sum concessurus. Itaque is istiusmodi prudentia mentiebatur: at pater ilico supplicauit, per prudentiam, & medicinam tuam, filium mihi ne perdas. Non enim sua sponte hoc malo tenetur: sed hic morbus inuito illi accidit. Quare tu ne per zelotypiam toti regno luctum excites: neque medicus cùm sis, arti medicæ sis author cædis. Ita ignatus ille, precabatur. Sed medicus, denuq; respondit,

μείβετο, αὐόσια ἀπεύδεις, γάμου ἐμὸν ἀπαιρεύμενος, ἠδὲ ἰητρὸν αὖδρα βιώμενος. σὺ δ', κῶς αὖ αὐτὸς ἔφηξας, εἴτοι σὴν γυναῖκα ἐποθεῖ ἐμεῦ τάδε δεύμενος; ὁ δ', ὡς τάδε ἔλεγε, ὡς οὐδὲ αὐτὸς αὖ κοτε γυναικὸς ἐφείσατο, οὐδὲ παιδὸς σωτηρίης ἐφθόνεε, εἰ καί τοι μητρυιῆς ἐπεδεύετο. ἐ γὸ ὁμοίως συμφορῆς ἔμμεναι, γαμετὴν, ἢ παῖδα ὀλέσαι. ὡς δὲ τάδε ὁ ἰητρὸς ἤκουσε, τί τοι ἔφη ἐμὲ λίσσεαι; καὶ γάρτοι σὴν γυναῖκα ποθέει. τὰ δ' ἔλεγον ἐγὼ, πάντα ἔλιν ψεύδεα. πείθεται μὲν τουτέοισι. καὶ τῷ μὲν παιδὶ, λείπει ἐ γυναῖκα, καὶ βασιλήιον. αὐτὸς δὲ ἐς τὴν Βαβυλωνίων χώρην ἀπίκετο, ἐ πόλιν ἐπὶ τῷ Εὐφρήτῃ ἐπώνυμον ἑωυτῷ ἐποιήσατο. ἔνθά οἱ καὶ ἡ τελευτὴ ἐγένετο. ὧδε μὲν ὁ ἰητρὸς ἔρωτα ἔγνω τε, καὶ ἰήσατο. ἥδε δὴ ὧν ἡ Στρατονίκη, ἔτι τῷ πρώτέρῳ αὖδρὶ συνοικέουσα, ὄναρ τοιόνδε ἐδονήσατο, ὡς μιν ἡ Ἥρη ἐκέλευε, ἐγεῖραι οἱ τὸ ἐν τῇ ἱρῇ πόλει νηόν. εἰ δὲ ἀπιθέοι, πολλά οἱ, ἐ κακὰ ἀπέλεε. ἥδε, τὰ μὲ πρῶτα, οὐδεμίλιν ὥρην ἐποιέετο. μετὰ τῷ δ' αὖδρὶ ἐ ὀλίγη ἀπηνήσατο, ὡς μιν μεγάλη νοῦσος ἔλαβε, καὶ τὴν Ἥρην ἱλάσκετο,

nefaria moliris, quum mihi coniugem adimere, & medico vim inferre vis. Tu verò quid faceres, siquis vxoris tuæ desiderio teneretur, quando hæc à me postulas? Tum ille ad hæc respondit, fore vt neque coniugi parceret, neque filio salutem inuideret, etiamsi nouercam expeteret. Neque enim parē esse iacturam, vxorem, aut filium amittere. Quibus auditis medicus, quid me rogas? inquit. Etenim tuam vxorem experit: & quæ tibi dicebam modò, falsa erāt omnia. His itaque pater adducitur, ac filio coniugem relinquit, & regnum. Ipse verò in Babylonicam regionem se contulit, vrbémq; supra Euphratē sibi cognominem condidit, vbi diem obijt. Hoc pacto Medicus amorē cognouit, & curauit. Stratonice verò hęc eū adhuc priori marito cohabitaret, somniū tale vidit. Visa est ei Iuno iubere, ædē illā in Sacra ciuitate sibi extruere, & si non pareret, ipsi mala multa cōminari. Cuius somnij primùm nullā rationem habebat. Postea verò, eū grauis morbus ipsā corripuisset, viro visionē narrauit, Iunonem placare cœpit,

κὴ σήσειν τ' γνὸν ὑπεδέξατο. κὴ αὐτίκα ὑγιέα ἠμοιβήλιω, ὁ ἀνὴρ ἐς τὴν ἰδίαν πόλιν ἔπεμπε. σὺν δὲ οἱ, κὴ χρήματα, κὴ στρατιὴν πολλήν. τὸν μὲν, οἰκοδομήσων. τὸν δ', κὴ τ' ἀσφαλείας ἕνεκα. καλέσας δέ τινα τῶν ἑαυτῦ φίλων νεηνίην, χάρτα καλὸν, τῷ, ουὔνομα ἦν Κομβάβος. ἐγώ τοι ἔφη ὦ Κομβάβε, ἐθέλον ἐόντα, φιλέω τε μάλιστα φίλων ἐμῶν. καὶ πάμπαν ἐπαινέω σοφίης τῆς, καὶ ξυνοίης τῆς ἐς ἡμέας, τ' δὴ ἐπεδέξαο. νῦν δέ μοι χρεὼ μεγάλης πίστιος. τῷ, σε θέλω γυναικὶ ἐμῇ ἑπομένην, ἔργον τέ μοι ἐπιτελέσαι, κὴ ἱρὰ τελέσαι, κὴ στρατιῆς ἐπικρατέειν. σοὶ δ' ἀπονεμέω, δῶρ ἡμέων τιμὴ μεγάλη ἔσεσθαι. ὡς ὃ τάδε, ὁ Κομβάβος αὐτίκα λίσσετο, πολλὰ λιπαρέων μή μιν ἐπιπέμπειν, μὴ δ πιστεύειν οἱ τὰ πολλὸν ἑωυτ μέζονα χρήματα, κὴ γυναῖκα, κὴ ἔργον ἱρόν. τὰ, δ ἀρρώδεε, μή κοτέ οἱ ζηλοτυπίη χρόνῳ ὑστέρῳ ἐς τ Στρατονίκην γένοιτο, τ', μέγος ἀπάξειν ἔμελλε. ὡς δ ἀλλαχῇ ἐπείθετο, ὁδέ, ἱκεσίης δευτέρης ἅπτεται, δοῦναί οἱ χρόνον ἑπτὰ ἡμερέων. μετ' δ, ἀποστεῖλαι μὲν τελέσαντά τι τῶν, μάλιστα ἐδέετο.

ædémque illam promisit se conditurum. Ac statim vbi conualuit, maritus ipsam in Sacrã ciuitatẽ misit, cúmque ipsa pecunias & magnũ exercitũ, partim ædificãdi causa, partim securitatis gratia. Vocato autẽ quodã ex amicis suis, iuuene admodũ formoso, cui nomẽ erat Cõbabo: Ego te, inquit, Combabe vt pote probum, amicorum omnium diligo maximè: & cùm ob prudentiam, tum ob tuam erga me beneuolentiã, quam & præstitisti, omnino laudo. In præsentia autem mihi est opus magna fide: quare volo vt tu cum vxore mea profectus, ædificium absoluas, & sacra peragas, & exercitui præsis. Postquam autem redieris, magnum à nobis honorem consequêre. Tum protinus obsecrauit Combabus multis precibus ne se mitteret, nec pecunias suis facultatibus multò maiores crederet, nec vxorem, opúsque sacrum. Timebat autem ne zelotypia tandem sibi erga Stratonicen pareretur, vt quam solus inde abducturus erat. Verùm vbi nequaquam fuit permotus, Hic secundò supplicauit, vt sibi spatium septem dierum permitteret, ac deinde ablegaret, vbi res maximè necessarias peregisset.

τυχὼν ὃ ῥᾳδίως, ἐς τὸν ἑωυτοῦ οἶκον ἀπικνέεται. καὶ πρῶτα χαμάζε, τοιάδε ὠδύρετο. ὦ δείλαιος, τί μοι ταύτης τῆς πίστιος; τί δέ μοι ὁδοῦ, τῆς τέλος ἤδη δέρκομαι; νέος μὲν ἐγὼ, καὶ γυναικὶ καλῇ ἔφομαι. τὸ, δέ μοι μεγάλη συμφορὴ ἔσεται, εἰ μὴ ἔγωγε πᾶσαν αἰτίην κακοῦ ἀποθήσομαι. τῷ, μὲ χρὴ μέγα ἔργον ἀποτελέσαι, τό, μοι παύσῃ φόβον ἐνθεῖναι. τάδε εἰπὼν, ἀτελέα ἑωυτὸν ἐποίεε. καὶ τῶν μὲν τὰ αἰδοῖα, ἐς ἀγγήϊον μικρὸν κατέθετο. σμύρνῃσί τε ἅμα, καὶ μέλιτι, καὶ ἄλλοισι θυώμασι, καὶ ἔπειτα, σφρηγίδι, τῇ, ἐφόρεε, σημηνάμενος, τὸ βοῦμα ἔᾶτο. μετὰ δ', ὡς μὲν ὁδοιπορέειν ἐδύνετο, ἀπεκόμιζε ἐς τὸν βασιλῆα, πολλῶν παρεόντων, διδοῖ τε ἅμα τὸ ἀγγήϊον, καὶ λέγει τάδε. ὦ δέσποτα, τό, δέ μοι μέγα κειμήλιον ἐν τοῖσι οἰκίοισι ἀπεκέατο, τὸ, ἐγὼ κάρτα ἐπόθεον. νῦν δ', ἐπὶ μεγάλην ὁδὸν ἔρχομαι, παρὰ σοὶ τόδε θήσομαι. σὺ δέ μοι ἀσφαλέως ἔχειν. τόδε γάρ μοι χρυσοῦ βέλτερον. τόδε μοι ψυχῆς ἐμῆς ἀντάξιον. εὖτ' ἂν δ' ἀπέλθωμαι, σῶον αὖτις ἀποίσομαι. τόδε, δεξάμενος, ἑτέρῃ σφρηγῖδι ἐσημήνετο, καὶ

Quo facilè impetrato, domum suam abit, & procidēs in terram: his verbis lamentabatur. O me miserum! quo mihi hæc fides? quo mihi hoc iter, cuius exitum iam video? Iuuenis ego sum, & cum muliere formosa proficiscar: magnámque in calamitatem incidam, nisi omnē mali causam amoueā. Quare opus est vt magnum peragā facinus, quo metus hic omnis curetur. Hæc fatus, mācum se reddidit amputatis virilibus, quæ in vasculo recondit, cum myrrha, melle, alijsque odoramentis: postea cùm illud obsignasset annulo, quem gestare solebat, vulnus curabat. Porrò cùm sibi proficiscendum iudicaret, ad regem venit, cui præsentibus multis cùm dat vasculum, tum hæc dicit. Hoc ego vasculum, Domine, inter pretiosissima domi repositum habui, idque in primis amabam. Nunc autē quando magnum iter ingredior, hoc apud te deponam. Tu verò tutò serua, nam hoc auro potius mihi est, parísq; cum animo pretij duco. Et postquam rediero, saluum recipiam. Tum ille acceptū altero annulo obsignauit:

OBsecro te ô Charon, sine me vt iam nauim conscendam. *Cha.* Quis me appellas? *Pal.* Ego nauita quondam illius, quem nuper viuentem transuectasti, Æneæ Troiani. *Cha.* Tu ne ille es, qui apud portus Velinos inhumatus iacebas? *Pal.* Ille ipse sum. Sed crede cœlestium nutu fieri, ut transuehar, quorum prodigijs longè latéque actæ finitimæ gentes, & ossa mea iam expiauerunt, & tumulum mihi, tumulóque insuper solennia statuerunt. Quare te oro, ô iustissime Charon, patere tandem vt ingrediar, sic prospera semper sit nauigatio tua, sit solida nauis tua atque inconcussa. *Cha.* Rem iustam petis, Palinure, ingredere, vt libet: vos verò tam confertæ vmbræ, quid fatigatis me precibus? quid fatigatis? quænam hæc vis desiderij? Expectate tantisper, dum trans flumen hunc porto, regrediar quamprimum. *Pal.* Habeo tibi Charon, immortales gratias, qui me his tandem eripuisti è malis, qui me dira hac tandem, qua detinebar trãsfretandi cupidine liberasti. *Cha.* Amo te equidem, Palinure, tum propter Æneam regem, quem mihi nominasti, qui & super omnes, quos vnquam viderim, mortales, visus est mihi singulari quadam præditus pietate, tum propter meum etiam, quod olim commune fuit tibi, magisterium: par enim sibi quisque parem affectat, delectátque magis, quæ inter pares fit, vel confabulatio vel vitæ actio. Afficiebar porrò non modico dolore, quum videbam iamdudum te in citeriore hac ripa errantem, interrumpúe

ſedis tuę. Neque licebat tibi ſuccurrere, propter legem mihi datam, ne quenquam, niſi humato priùs corpore, tranſportem. Sum enim ego minimus inter infernos habitatores, ſubiectúſque alienæ poteſtati, cui parêre non tam pulchrum mihi, quàm aliàs neceſſe ſit. Gaudeo autem nunc & lætor, quòd ea aliquando ſe ſors tibi obtulerit, qua & tuum implere deſiderium, & meum releuare dolorem (ſalua lege officij mei) poſſum. *Pal.* Imò ego non minùs propter te dolebam, ô Charon, quia perſpiciebam tot te graues aſſiduóſque labores perferentem ſine vlla relaxatione. Neque enim me latet, quot quantiſque vexari malis ſolent nauium gubernatores, qui nihil aliud in vita, quàm nauigationem exercui: atque ita exercui vt nihil illa grauius, nihil periclitatius contingere mortalibus putem: propter quod credibile magis tibi videri poteſt, ſi angebat me vtique fatigatio tua, repetentem animo antiquas, quas iuuenis etiam ſuſtinebam nauticas fatigationes meas: quarum experientia iam edoctus ſciebam probè pari malo tuo condolere. *Cha.* Fruſtra propter me dolebas, Palinure, nam nihil moleſta mihi eſt ars mea. *Pal.* Quid ais? *Cha.* Aio gratam me habere & iucundam artem meam. Vides vt cruda viridíſque ſenectus eſt mihi? nemini haud vnquam ab ipſa, qua iam omniũ annos ſupero, longæua ætate mea pertæſum me eſſe laboris mei, qui quotidie inſto alacrior atque valentior: ſed intelligo cur tu aliter tibi perſuadeas. Eſt enim communis hic morbus mortalium, vt ſortis ſuæ quemque diſtędeat, viuátque contentus nemo ſtudijs ſuis, laudent verò longè, ac beatiores exiſtiment omnes, qui diuerſas à ſe artes atque actiones ſequuntur, verùm falluntur maximè opinione ſua. Nam ſi rectè intueri velint, cognoſcent perſpicuè nullum eſſe in vita eorum ſtatum qui non magnis ſcateat miſerijs, quem non magnæ grauéſque perturbent undique moleſtiæ & vexationes. Et ſi detur aliquando vt alter in alterius ſtudia transferatur, quàm videas tunc ſua cuique leuia videri, quæ priùs præ grauitate accuſabat, contráque ea grauiora quæ priùs leuia videbantur. Itaque ſi benè conſideres, Palinure, non eſt ita grauis mea conditio, vt cenſes, neque propterea quòd nauclerus ſim, ſum eo mirabilior. Sed tu (vt video) ſequeris vanos errores mortalium, ego verò integritatem tantùm, iudicijque veri lucem ſecutus, dego contentus

ac lætus forte mea, neque adscribo mihi calamitatem, quòd desudem quotidie nauigando & defatiger. Neque ob hoc arbitror quempiam horum, qui mecum simul vltimas sedes colunt, me esse beatiorem, non ipsos iudices Minoëm, Rhadamanthum & Æacum, quanquam magna omnes emineant potestate, non ipsum Ditem, quanquam sceptro potens sit, atque regna ista moderetur. Sunt nanque & illi sui labores suæque molestiæ, & maiores fortè, quo & maiore regiminis sarcina premuntur. *Pal.* Potes de te tibi Charon persuadere, vt libet, mihi enim de me nunquam persuadere poteris, quin ars nostra sine vlla comparatione cæteras laboribus & periculis excedat. Quod liquidò tibi probarem, nisi quòd vereor tædio te afficeret fortasse longior narratio nostra. *Cha.* Imò summa me afficeret recreatione. Nam & delectat me tecum sermocinari, & nauigantibus etiam magnam animorum refocillationem afferre solent huiusmodi confabulationes. *Pal.* Quando igitur non est tibi iniucundum, prosequar suscepti sermonis nostri rationem, vt intelligamus, non esse duriorem vllam, quàm nautarum sortem: quod tibi facilè persuadebo, si animaduertas, quos æstus & frigora tolerare eos, quos perhorrescere tonitrus & fulgura, quibus perfundi imbribus, qua ventorum rabie agitari quotidie necesse sit. Si cognoscas quoties eos torqueri fame & siti, quoties squalore etiam teterrimo consumi contingat: si attendas habitationem eorum instar carceris supellectilem, vel nullam vel sordidissimam, strata dura, cibaria aspera, potum immundissimum, indumenta spurca, incommoditatem rerum omnium, noctes insomnes, & sub diuo semper, & inquietas. taceo perpetuum alioqui quoddam eorum exilium. Quos patriæ eorum exteros profugos, vagos, palantes, ignaros quietis, priuatos omni (quo nihil est in vita dulcius) coniugis sobolisque fructu ac iucunditate: quis non abiectissimos, longéque omnium mortalium miserrimos esse iudicabit? Prætereo Scyllam, Charybdim, Syrtes, Symplegades, tot infesta nauigantibus maris pericula. Omitto tempestates, quibus nec visu quicquam est tristius, nec horribilius, quibus & ad summum vitæ vsque discrimen quotidie iactantur, quatiuntur, & (quod sæpe accidit) submersi tandem obruuntur. In qua re nemo est, qui idoneus magis, quàm ego, te-

ris adhiberi queat : qui cùm multis fuerim quassatus tempestatibus, tùm ea maximè quæ me ex Sicilia in Italiam nauigantem inuasit, tam sæua atque horrens, vt horrori sit adhuc mihi eius recordatio. Non possum certè (vt par esset) explicare tibi acerbitatem illius tempestatis, sed quanta extiterit, ex hoc facilè coniecturam facere potes, quòd Ænæam ducem, cuius summa constantia & animi fortitudo vbique decantatur, vidi ego contrementem grauiter atque ingementem, extentísque ad cœlum manibus beatos longè inclamantem eos, quibus ad Troiam oppetere contigisset, lamentantémque pari ab eorum morte ac fortissima, à Diomedis gladio se ereptum extitisse, crudelem equidem diem illuxisse omnibus vltimum, neque ex numero nostro quenquam putaui euasurum, Non ipsum Ænæam, non Ilioneum, non Achatem, non Abantem, grandeúmue Aletem, quorum naues longè disiectas, ad summúmque penè exitium adductas, nescio quæ vis illa, nisi diuina liberauit. Cha. Non incognita mihi narras : hęc ea ipsa die resciui. Pal. Quo id modo? Cha. Quo id modo rogas? An acrem illum fidúmque Orontem ignoras, ductorem Lyciæ nauis? is quidem tunc submersus concessit ad me, illico exponens mihi ex ordine omnia, quæ tu disseruisti, imploransque deinde opem, rogitánsque multum, vt se vlteriore in ripa sisterem, quòd nunquam passus fui, quum inter fluctus adhuc corpus suum sine sepulchri honore iactaretur. Nunc agit se se circum hæc stagna mœstus, atque errabundus: vidisti illum? Pal. Et tum vidi, & vnicum meorum solatium habui, dum tantisper in ripa moratus, pari cum eo detinebar infelicitate. Nec enim falsa de tristi eius interitu retulisti, cuius adhuc imago subit mihi, dum excussum è puppi, contortúmque ter eum atque circumactum, horrendum, à fluctu rapidus tandem æquore vortex absorpsit. Sanè quod ad me pertinet, nihil ediffera: qui licèt eam euaserim tempestatem, amarum tandem aliquando etiam vitæ meæ finem inueni, excussus & ipse, pariter atque iactatus inter vndas (quod deerat) insuper ferro præterea obtruncatus. Ex quo nec tantùm mihi timui, quàm Æneæ, meo, ne tantis vndis surgentibus, spoliata magistro nauis deficeret : hæccine eorum deliciæ, opes,

tranquillitas, ſic illis viuitur, ſic moritur. Tui nunc & aliorum defende ſtudia, & artes, contendeque, ſi libet, maiorem eſſe etiam eorum miſeriam & calamitatem, qui patrias incolentes ſuas, vxorúmque ac filiorum ſocietate beati quieſcunt, gaudent, ludunt, hortantur, amicitias colunt, exercentur commodè, habitant magnificè, veſtiuntur cultè, conuiuantur lætè, cubant molliter, iucundos ſuos ac geniales agunt dies. Adde qui in vrbibus optimates & primarij magnam ſibi vendicant autoritatem, habentúrque ſummo in precio atque honore, qui ius dicunt, qui cauſſas agunt aliorum, qui faſces gerunt, qui ducunt exercitus, qui vel aſſiſtunt principibus, vel principes ipſi magni illuſtréſque ſunt. Quibus nec optabilius quicquam in vita eſſe video, neque beatius. *Cha.* Falleris longè Palinure, nam quos beatiores eſſe arbitraris, miſeriores illi ſunt vlla ſine dubitatione. Neque enim negauerim ſortem ſubiectam eſſe nautarum magnis malis: ſed ita ſubiectam, ne comparatione aliarum, quæ maioribus etiam grauantur incommodis, minùs certè miſera iudicanda ſit. Quid enim triſtius (vt ad nos veniam) qui patrias ſuas colunt, quid miſerabilius, quàm domi ſuæ agere, & ita agere, vt iucundiorem aliquando quàm vitam mortem optes? Quæ vlla maior calamitas, quàm circundari vrbem hoſtibus, ingruere bellum, volitare tela, ſtringi enſes, perfodi muros, fremere tormentis, ſaxo dirui domos, tremefieri & concuti? quemque fame ſitique deficere, corrumpi aërem, occupari mœnia, ſpoliari templa, dirumpi patrimonia, publicari bona, incendia parari, malos exultare, bonos torqueri, affici conuicijs, expelli domibus, vulnerari, carcerari, relegari, deportari, trucidari filios ante parentum ora, vim pati vxores, ſtuprari gnatas. Videntur an hæc tibi mala, Palinure, & an his quæ tu meminiſti, vlla ex parte comparanda? *Palin.* Quàm vera narras, ô Charon, quàm nunc vel audiens iſta perhorreſco. Venit enim mihi in mentem, grauis illa & deploranda patriæ meæ deſolatio, Troiæ inquam, tam præpotentis olim atque prædiuitis, cuius euerſione nihil credo referri poſſe crudelius, aut lachrymabilius, tantáque fuit calamitatis eius magnitudo, vt longè plura etiam atque triſtiora quàm tu ſuprà memoraueris, ſibi contigerint: quæ ſi velis, omnia tibi, vt rem certiùs agnoſcas, explicabo. *Char.* Haud

opus est, Palinure, quoniam & tempus non patitur, & ego hæc omnia non secus ac tu nota atque comperta habeo. Nam & mihi renunciauerunt, vt quæque aduentabant animæ, ex illo bello profectæ. Nihil certè, vt nunc tu dixisti, peruenit ad aures meas crudelius aut lachrymabilius. *Palin.* Faxo vt iubeas, sed aduertas Charon, grauissima licèt hæc sint, rariora tamen contingere, quàm ea nautarum, quæ suprà exposui. *Char.* Referam ergo alia frequentiora, & ex ipsis quidem met ciuitatibus, quarum relatio augebit etiam earum miseriam. Vade oro, & per ciuitatem, plateas porticúsque discurre, quid aliud offendes, quàm oblatrantium maledicta, insimulationes pestilentissimas, optimi cuiusque dilacerationem, quid non? exploratorum insidias, inuidentiúmque venena Diuerte modò gressum, & artificum, mercatorúmque tabernas ac conuentus pete: quid aliud deprehendes, quàm sermonum nebulas, fucos, mendacia, deceptionésque manifestas. Transfer dehinc te in fora publica, sedésque iudiciarias: quid aliud audis, quàm vndique omnia magno strepitu ac clamore misceri? Quid intelliges aliud, quàm cædes, hominum compilationes, furta, grassationes, conspirationes, proditiones? Quæ alia occurrent tibi, nisi litigatorum iurgia, & contentiones, testium periurationes, causidicorum præuaricationes, iudicum corruptiones, præsidum ambitiones ac rapinæ? Quos ibi alios obuiam tibi habebis, quàm exultantes improbos, lugentes bonos, oppressas viduas, proculcatos pupillos, egentes prostratos? Attolle postea altiùs oculos, & atria principum perscrutare, quam non videbis ibi assentatorum exaltationem, speculatorum acceptionem, militum audaciam, fœneratorum voracitatem, quęstorum improbitatem: quam non potentum hominum in tenuiores vim atque insolentiam? Quas non concussiones? quas non populationes? quos non innocentes accusari, criminari, carcerari, proscribi? *Pal.* Grauia hæc nimis ac miserabilia. *Cha.* At restant alia, quæ non minùs tibi grauiora & miserabiliora videbuntur. *Pal.* Perge. *Cha.* Quæ fortassis etiam grauiora & miserabiliora iudicabis, quoniam domestica ac frequens magna est eorum pestis. *Pal.* Fare. *Cha.* Nolo tibi Palinure afferre in medium graues longósque artificum & negotiatorum labores: non eos quibus afficiuntur agrorum

cultores, non quibus milites, non quibus cauſidici, cæterarúmque diſciplinarum ſectatores, æſtus, algores, inediam, peregrinationes, anxietates vel pericula, vulnera, cædes, diſtrictas habitationes, infinitáque agendi, cubandi, veſcendi incommoda vel faſtidia, laſſitudines, vigilias, ſollicitudines, odia & infamationes. Nam ſi complecti cuncta ſermone meo atque exequi voluerim, tottantáque dicenda ſe offerent, vt præ longitudine malorum ac mole, citiùs nauigatio noſtra quàm oratio finem poſſit inuenire. Omittam itaque & commemorabo tantum, quas inter domeſticos parietes, tum ſeruorum, tum vxorum ac filiorum moleſtias ac turbationes peſſimas perferre ſolent, qui gubernationi præſunt rei familiaris. Cuius ſi ita vt naualis expertus, facilè quicquid dictur⁹ ſũ, me etiã tacẽte, & intelligeres & approbares. Nam ſeruorum primò in dominos ſemper prompta maledicta, furta, impoſitiones, fugas, arrogantiam, negligẽtiam rerum dominorum, temulentiam, edacitatem, ſomnolentiam, tarditatem, ignauiam: nemo eſt qui non videat magnam afferre his, qui patiuntur, infelicitatem. Deinde filios quorum amore nihil dulcius eſſe fertur, quanta animi cum amaritudine aſpiciant parentes, vel ægrotare, vel mortem obire, quod frequenter admodum fit, ſatis exiſtimo etiam te intelligere. Quàm verò grauem & anxiam credis eſſe eorum vel parturitionem, vel educationem, vel inſtitutionem? Quoties pro eis bonos parentes gemere, ſuſpirare, dolere, torqueri? Quanta etiam putas perturbatione affici, dum quos progenuerunt, immenſáque adeò cura aluerunt, vel parum ſibi audientes, vel rebelles ac infeſtos, poſtea habere contingat, quæ dolenter eos ferre arbitraris, dum inſani & vecordes ſunt, dum hebetis & craſſi ingenij, dum effœminati & molles, dum dilapidant & euertunt patrimonia, dum nullo bono operi & ſtudio intendunt, dum per præcipitia vitiorum omnium vitã ducunt ſuam? Quid de vxoribus loquar, quas dos tumidas, genus inſolentes, forma ſuſpectas, deformitas reddit inuiſas? Quarum lingua nihil perniciоſius, quarum audacia nihil prodigioſius, quarũ improbitate nihil execrabilius. Quæ iurgiis ſemper & contentionibus obtundunt viros, quæ ſemper conqueruntur, ſemper exprobrant, ſemper inſidiantur. Quibus quum deſint

cætera, nunquam tamen lachrymæ, gemitus, & suspiria: quæ cæca sua, qua tantum ardent ornamentorum ambitione exhaurium opes', labefactant domos, cogunt maritos in malos quæstus, in dira scelera. Non refero turpissima adulteria, quibus nec punitur minus, nec peccatur magis quicquam, ea quanto dolore afficiant bonos coniuges, nemo satis vnquam, meo iudicio, enarrare posset, sed magnum doloris argumentum præstant, & grauissimas cædes, & ingentia, quæ sæpe ptopter corruptas vxores, bella exarserunt. *Pal.* Hoc plus, quàm vellem, scio: nam arduum illud, quod ego vidi, Græcorum & Troianorum bellum propter Helenæ raptum, in eam excreuit rabiem, quam nulla mundi regio ignorauit. *Cha.* Quæ toti mundo manifesta sunt, ea tantùm nosti Palinure, at si singula, quorum nihil me latet, intelligeres, adducereris in tantum stuporem, vt stupescens, etiam præ miseratione coniugalem vitam lachrymares. *Pal.* Hui quid narras? *Cha.* Narro quæ quotidie video, & pertracto. *Pal.* Ergo connubia putas polluta & coinquinata? *Cha.* Minimè, id nunquam dixerim. *Pal.* Atqui multas memini me vidisse ea præditas honestate, ea religione ac vitæ integritate, vt diuinum quiddam magis quàm humanum redolere viderentur. *Cha.* Et multas vtique eiuscemodi esse confiteor, sed eas quidem, quæ optimis honestissimisque ortæ parentibus, ebiberunt à primis annis sobrios & castos mores: quæ sanctis parentum suorum exemplis educatæ vitam instituerunt, peccare castigatæ, sapienter ad mansuetudinem edoctæ, ad pietatem, ad fidem, ad diuinum cultum, ad rectum compositúmque regimen rei familiaris. Quæ se à thiasis, saltibus, iocis: quæ se à spectaculis, ab immodestiore cultu, ab licentiore colloquio abdicarunt. Cæterùm quæ contra sanctitatem', quæ malis institutis, peruersisque parentum exemplis imbutæ, molliter vixerint, assuefactæ delicijs, atque turpi ocio, quæ nihil nisi saltare, canere, fides pulsare didicerunt, quę preterea oculis suis auxerunt matrum præsertim obscœnitates & immunditias. Hasce qua fide & integritatę esse putas erga maritos? Illabuntur siquidem tanquam venena tenellis mentibus parentum exempla, inde rarior etiam, quàm reris, est hymenalis honestas: quò qui eas

vel emendatis instituant moribus, vel sancto inuitent exemplo, parentes simul rariores habeantur. Prodeunt postea in publicum quæque etiam procaciores, aperta fronte, directo gressu, quasi pudicitiam ipsæ consecrasse videantur. Et quæ secretum intra cubile probra gesserunt, cùm vestem induerint, illa contexisse atque occultasse existimant. Vosque ea, vanum vulgus, ita vt cernitis, vera ducentes esse arbitramini. At ego nihil quã quod res habet de eis iudico, nuda enim hîc omnia atque aperta sunt. Nõ veste hîc teguntur maculæ, non pallio obnubuntur scelera, exertos omnes ac nudatos, rerúmque omnium vacuos prorsus huc ingredi oportet. Quicquid in vita malè tentatum maléque actum est, hîc fronte coram ipsa demum gestatur, dispoliatur, ostentatur. Quare non mirum tibi videatur, si quorumcunque nota habeo crimina, qui quorumcunque etiã nudas, ita vt prædixi, transueho umbras. Quàm proinde ingentem video earum turbam, quæ cum impudicitiam longè apertam ostendant suam, pudicissimæ tamen in vita habeantur. Quantas secum in maritos fraudes gerunt, quot simulationes, quot proditiones, quantam hyphocrisim, quot aliorum obscœnos amores, quot pollutiones, quot supposititios partus, quot mentitas enutritiones, quot alieni seminis susceptas messes. At, quod ridiculum magis est, lugent postea ignari mariti hasce sibi extinctas vxores. Laudant inter cœtus & prædicant, quasi pudicitiæ principes. Statuunt mausolea, plurimi quoque epigrammata condi, orationes scribi, & pronunciari curant in laudem ac memoriam castitatis fideique earum sempiternam. An hæc tristia & amara esse censes, Palinure? Et an comparationem vllam habere putas, cum his nautarum, quæ ea seueritate & acrimonia recensuisti, vt cætera læta, fausta, deliciarúmque plena (si tibi fides daretur) existimanda essent. *Pal.* Haud equidem tanta in ciuitatibus priuatísque domibus, quanta modò enumerasti mala regnare credidissẽ. *Cha.* Ita proficit inexpertos sermonem aliquando inire cum his qui multarum rerum vsum atque experientiam habent. *Pal.* Ita fit. *Cha.* Quid si animaduertas labores quos præferunt nautæ, corpori magis quàm animo infensos ire, concedes amplius etiam sententiam meam. Nam huiusmodi res duræ assiduo quodam vsu & assuefactione mitiores fiunt, & quodammodo domantur, quas verò egò

memoraui, cùm animum magis affligunt, non ita vſus & aſſuefactio mitigare atque edomare poteſt. *Pal.* Conſentio tibi iam, gaudeóque in eam lucem te illuſtrante peruenisſe, vt intelligam tam magnam aliorum & maiorem etiam, quàm nautarum miſeriam. Sed illud non poſſum intelligere, quin principes ſaltem ac magni viri, non dicam, nautis, ſed cęteris inſuper quibuſcunque mortalibus beatiores ſint. *Cha.* Cur? *Pal.* Quoniam omnibus abundent atque affluant bonis. *Cha.* Quibus? *Pal.* Honore, gloria, opibus, delicijs, amicis, potentatu, imperio. *Cha.* Hiſce? *Pal.* Hiſce & multò pluribus. *Char.* Erras. *Pal.* Errorem hunc optaſſem in vita mihi. *Cha.* Deliras. *Pal.* Maluiſſem ita delirare, quàm tua cum ſententia ſapere. *Cha.* Quid, ſi nihil illis miſerius? *Pal.* Quid, ſi nihil beatius? *Cha.* Haud vnquam hoc mihi demonſtrabis. *Pal.* Non tibi ij beati videntur, qui quicquid ad explendas voluptates optari poteſt, aſſequuntur? quibus conuiuandi, cubandi, vngẽdi, lauandi, ludendi, venandi, aucupandi, ad omnem nitorem atque ſatietatem ſemper facultas ſit? Quibus quotquot velint concubitus fœminarum, quotquot velint arua, equi, canes: quibus tot ſunt ſerui, tot exculta palatia, tot munitæ arces, oppida? Qui tantum poſſideant auri, gemmarum, veſtium, ſuppellectilis? Quibus audiant omnes, adſurgant, inclinent? Quos populi vereãtur, timeant, laudent, decantent? Qui leges dicant, mandent, exerceant, proſcribant, puniant, extollant amicos, vindicent inimicos, trucident rebelles? *Char* Non eſt tam magna, vt exiſtimas Palinure, eorum beatitudo. Non parit certè faſtidium tanta bonorum continuatio, tantáque affluentia: neque ſapit tantum, quæ non aliquando intermittitur voluptas. Præterea quomodo eos tu beatos iudicare potes, qui tantis opibus atque delicijs ſuis nunquam fruuntur cum iucunditate, nunquam cum gaudio? qui in tanta rerum copia nunquam exhilarent ſe, nunquam relevent animum, nunquam exultent? Qui tanta licèt bonorum ubertate redundantes, triſtitia tamen ſemper obducantur, ſollicitudine premantur, anxietate torqueantur? Non tibi multò optabilior videtur priuatorum conditio, quorum & vita ſecurior, & voluptates etiam, ſi mentem intendes, maiores ſunt? quos ſumma ſemper condit hilaritas, mulcet feſtiuitas, explet alacritas? Quantam

putas afferre delectationem communis, quæ cum vxoribus & filijs vita exigitur. Dũ cubant tutè, vescuntur lætè, iocantur modestè? Quàm dulcem esse arbitraris amicorum inter se & æqualium parem vitam, domesticum vsum, frequentem conuentum? Quid eorum amore suauius, confabulatione gratius? curis melius atque commodius? Quantum credis lætitiæ & exultationis habeant eorum conuiuia, ludi, cantus, solationes? quantum dilatent animos & permulceant? quantum emanet mellis, cuius nec stillam principum aliquis deguſtauit? *Palin.* Haud intelligo Charon, hanc quam refers, regum tristitiam atque anxietatem, qui inter risus tantùm, blanditias, iocósque versentur. quibus semper psallatur, canatur, plaudatur: & quicquid ad transigendam hilarem vitã excogitari potest, exhibeatur. *Char.* Etiam vt video iudicas Palinure, quæ oculis tantũ patent, quo errore decepti mortales, plurimùm seduci solent: sed quod certum afferre possunt iudicium, exteriora corporis, quæ velamenta quædam magis sunt veritatis? Aut quid certi promittere & ostentare potest frons hominum, quæ plures quàm Proteus species mentiri, atque in plures mutare queat? Considerandæ sunt secretæ animi fibræ: perscrutandæ sunt interiores mentis latebræ: quas si peruidere ita vt frontem, posses, proh dolor quantam ibi malorum turbam: quantam formidinum atque strepitationum aciem introspiceres? quot angores, sollicitudines, suspiciones? quot pestilentes morbos & perturbationes? quanta aperirentur vlcera, quot plagæ & cædes, quot insidiæ, quot enses, & telorum infinita genera, quæ nec somnos eorum quietos, nec cibos placidos, nec opulentiam dulcem, nec imperium iucundum, nec delicias iocósque lætos esse permittant. *Palin.* Nesciebam adhuc hæc eorum qui dominantur mala, sed cur illis contingant tanta, non capio. *Cha.* Contingunt tanta propter graues inimicitias acerbáque odia, quæ continuè cum finitimis ciuitatibus, cum subditis sibi populis, cum sibimetipsis etiam gerunt: quo fit vt ingraueſcentibus odijs, increscentibúsque iniurijs, quibus quotidie afficiunt quemque, necesse sit illos torqueri & affligi grauiter, confidere nemini, suspicari omnia possunt, extimere muscas etiam (vt aiunt) volantes, gaudere & lætari nunquam, tristitia & mœrore detineri semper. *Pal.* Adducis me facilè, vt credam, suspectas eos habere

habere finitimas ciuitates, cum quibus & infensa odia confiteor, propter continua, quæ exercentur bella, & dominandi libidinem, qua plurimum incenduntur. Cum suis verò quibus imperant populis, nihil accipere possum, nisi amatorem & dulcissimam pacem? Porrò si cum finitimis sint inimicitiæ: si oriantur bella, ac demum etiam augentur imperia, subducuntur oppida, profligantur acies, spoliantur & captiuantur hostes, populationes magnæ fiunt, trophæis decoratur patria, victorijs celebratur, triumphis extollitur. Ob quæ & principum gloria, & vrbium ornatus, & inimicorum timor, & populorum inter se lætitia, atque, erga principes fides & amor crescit. *Char.* At tantùm narras quæ prospera sunt & læta, ac quæ frequentibus accidunt aduersa & tristia prætermittis, quasi semper eos pures debellare hostes, potiri victoria, triumphis exultare, nunquam verò vinci, prosterni, agros suos populari, bona sua diripi, & è suis se oppidis deijci, sed maiora hæc prætereamus, de minoribus tantùm dicatur. Quippe si conferas quas strages suorum & cædes sustinent, comperies longè maiore damno quàm lucro partas eorum victorias constare, discussâque ratione decessisse plus illis quàm accessisse. His adjicias vt populorum etiam suorum odia, nodum finitimorum intelligas, quòd ad inferenda bella, & persequendos hostes opus illis est ingenti & munito exercitu, multo nauigio, longa armorum & machinarum præparatione, quæ quum magno, & inæstimabili constent sumptu, nec proprij suppeditent reditus, necesse est nouis vectigalibus vexare populos, nouas inducere præstationes, nouas angarias, augere tributa, multiplicare onera, exhaurire æs omnium, eradi marsupia, imò viscera pauperum, paruos atque magnos diripere, spoliare, conculcare. Inde fit, vt quum inuisos manifestè se cunctis intelligant, suspectum tum sibi incipiant habere quemque, nullius fidei, nullius amicitiæ credere, conijctari omnia in malam partem. Habet enim hoc in se pessimum malefactorum conscientia, vt quos iniuria affecit, nunquam reuocari in amicitiam, nunquam mitigari & ad veniam moueri posse putet: proinde magis insurgitur, grauiores itur in iniurias, hunc proscribunt, illum carcere includunt, quorundam patrimonia publicant, alios iugulari aut strangulari iubent, volun-

tate pro ratione vtuntur : eorum quoque quos tantis læserunt malis cognatos, affines, amicos, socios, seruos, quasi fidei suæ diffidentes persequuntur. Tum cæteri qui chariores etiam videbantur, exempla aliorum proponunt sibi, acuúntque ipsi non minùs odia. Nam non minùs rebus suis ac saluti suæ timent. Ita pedetentim ciuitas omnis indignatur, obmurmurat, rapitur ira, odijs incenditur, coquit noua cogitationes, noua concilia molitur. Mox eò deueniunt, vt hæc intelligentes videant, quantæ ruinæ quantóque præcipitio subiaceant, quàm tenuissimo quasi quodam filo pendeant imperia sua. Tunc cernas eos pallere, tristari, consumi, expauere omnia, torqueri scelerum suorum conscientia, quæ prima est pœnarum omnium, timere hostium insidias, ciuium conspirationes, domesticorum proditiones, oppressorum vindictas. Tunc securum nihil existimare, nisi quòd vi ac ferro teneantur. Propterea non credunt se tutò cuiquam, non ministris, non necessarijs, non germanis, quorum maiorum etiam quàm aliorum authoritatem magis formidant, arcent se ab aspectu & præsentia omnium, cingunt se fossis & aggeribus, claudunt se arcibus, quasi ad perpetuos damnati carceres, custodibus etiam tanquam ad expeditionem belli paratis vt obsidere eos putes, circumuallantur. Nihil illis dulce, nihil apertum, nihil iucundum: dormiunt cum magna inquietudine, cum maiore etiam vigilant. Terret illos conuentus hominum, angit solitudo, timent colloquia, timent salutationes, timent dona, suspecti illis aditus, suspectæ sellæ, suspecti cibus & potus : qui nec etiam nisi prægustati sumuntur, suspecti pellicum & item vxorum thori. Quibus mirum est, cur sine cuiusquam prægustatione congrediantur : ipsos verò, quorum se custodiæ commiserunt, non minùs extimescunt, quibus quum carere nequeant ob tutelam suam, eo magis augetur eorum timor & miseria, quo armatos pro firmiore illos præsidio esse necesse sit. Quare alienigenas & barbaros homines, atque abiectissimos quosque sibi deligunt, eósque frequentiùs comitantur, deijciunt sæpius ac exterminant, quò saluti suæ (& si non alia, at saltem hac via) consulere possint. Quid fœdius & ignauius dici queat, quàm hominibus immanibus, flagitiosis se committere: suos verò, prudentes, sobrios, iustos spernere atque deuitare. Quanta ista tyrannorum felicitas, quos

continuus & ingens semper angore afficit metus, quo non modò animi grauiter excruciantur, sed cuncta insuper dulcia mundi dona fugantur & dissipantur. Quantæ istæ eorum deliciæ, quanta gaudia: qui tranquillitatem nunquam & pacem sibi, ne dicam populis suis, aut hostibus concesserunt, expertes omnino tam sanctissimi atque omnium dulcissimi boni. Quænam vbertas ista bonorum, quæ distracti aliunde, neque sciant, neque visant, neque pertractent, neque gustent vquam. Quanta ista imperij bona? quæ quum ipsi videre & attrectare non possunt, committant necesse est aliorum curæ & gubernationi, ignari rerum suarum, nescij omnium fermè, quæ sub se geruntur, fraudati quotidie & decepti, ab his præsertim, quos præ cæteris auxerunt: quibus tamen quum se credant, quot innocentium criminationes, quot facinoroforum falsas cõmendationes audiunt, quoties eorum fidem sequuti, bonos pro malis, malos pro bonis ducunt, atque hos beneficijs, illos pœnis afficiunt? Quódque grauius est, quoties ipsis etiam videntibus, hi quos tantum extulerunt, pro sententia sua in foro quósque lædunt, concutiunt, opprimunt, atque dilaniant. Quid mirum, si exardescunt postea populorum odia, si labefactatur postea eorum status atque desolatur? quanta ista, quámque optanda imperia, cum quibus & seruitutem pessimam degant, subiecti tantis perturbationibus, tantis insidijs, subiecti ipsis etiam, quos sibi subiecerunt: constricti quasi quibusdam regni compedibus: clausi intra arces, quasi magni alicuius criminis rei: coarctati instar ferarum, excluſi ab omni, quæ foris capitur recreatione, priuati libertate, quod est tam dulce & omnibus optabile bonum, non hominibus modò, sed cæteris insuper quibuscunque animantibus: cuius priuatione, quid est quod tristius aut infelicius contingere possit? *Pal.* Non credis Charon bonos aliquos mitisque & moderatæ naturæ Tyrannos esse? *Cha.* Imò multos credo. sed tanta est dominandi libido, tantus ardor, tanta nescio quæ pestis ingenita, vt quos semel inuaserit, sint summa quauis bonitate præstantes, adeò illiciat eos, illiciénsque deprauet, vt vita potiùs quàm imperio, quod iam occupauerunt, carere possint, vel ad conseruandum, vel ad amplificandum contendunt vnguibus dentibúsque: ac propterea nemo est tam bonus tyrannus, cui conseruationis, amplificationisque suæ

gratia multis non magnas inferre iniurias, atque ob eas illatas non plurimum timere, plurimas vt pati anxietates contingat. *Pal.* Miror cur tantis in malis, quæ planè ita, vt narrasti, vera esse puto, appetant tantopere mortales imperium, nisi id fortasse faciunt cupidine honoris & gloriæ. Quid nimirum tam præstans atque excellens bonum, tolerabiliores reddit tantas quas modò expostulasti miserias. Dulce quippe est mandare alijs, præferri omnibus, eminere, præcellere, venerari, timeri, suppliciter exorari, assurgi sibi, via decedi, inclinari ceruicem, flecti genua, audire laudes suas, & rerum bene gestarum decantationes. Quæ quum & diuina numina plurimum capiant, facilè intelligi potest, quantum & his quoque mortalium mētes capiantur. *Char.* Quæ tantū capere potest Tyrānos vllius honoris aut gloriæ exhibitio, qui se certò inuisos omnibus esse sciūt. A quibus si laudētur, si audiātur, si sibi assurgatur atque incuruetur, intelligūt palàm vel assentationis, vel timoris caussa id fieri. Quare non est ita dulcis, vt putas, huiusmodi honoris & gloriæ exterſio magis quàm exhibitio. At verò dulcior is est, qui in priuatos homines ab amicis & beneuolis honor exhibetur, propter aliquod eorum egregium facinus, aut excellentem virtutem. Vera ista gloria, verus iste honor, ac dignus quidem, quo & diuina numina capiantur. *Pal.* Nullam ergo video causſam, cur tantopere imperia desiderentur, desideratáque conseruentur: nisi quòd habendi cupido, qua tantum trahitur humanum genus, in his maximè expletur. Quò enim quisque plus auri, agrorum, ædificiorum, oppidorum, acquirere possit, nullo parcit labori, quantumuis magno & intolerabili. Neque vllus tam amarus labor, quin propter quæstum & maiorem rerum cumulationem dulcescat. Ita quum tyranni super omnes plus possideant, super omnes & beatiores videntur, licet cetera eis tristia sint atque peracerba. *Char.* Neque istud quidem affert vllam beatitudinem, nam in primis non efficit diuitem maior abundantia, sed minor cupiditas. Qui enim paruò contentus est, id tantùm cupit, quod necessitati vitæ sufficiat: Is abundè est locuples, propter honestum, quod facilius implere potest desiderium, quod quum & impleuerit, liberatus est ab omni, qua alij rapiuntur, habendi anxietate. Qui verò, quantum libet, diues plura concupiscit, pluribus indi-

get, quia perseuerante acquirendi insatietate efficitur minus voti compos. Quo enim magis crescit multarum rerum possessio, magis etiam cupiditas, neque finem vnquam habet vorago illa cupiditatis. Deinde non est iudicandus quisque, vel locuples multitudine, vel pauper paucitate diuitiarum: sed vel rerum magis implemento vel necessitate. Nam si multitudinem excedunt sumptus, quomodo potest is credi dives, qui minùs habet, quàm necesse esset: quare quum necessitatem sæpius magnam patiantur, qui tantam imperij molem administrant, indigentiores etiam putandi sunt priuatis hominibus: quibus licèt tenues sint opes, at necessitatibus saltem suis vel pares, vel superiores. Taceamus graues, quas quotidie expiationes vel rapinas perferunt à quæstoribus suis, & ab his maximè, quorum fidei magis credunt: qui, quo maiora etiam nacti sunt imperia, eo maiora vtique furta, maioremque proinde rerum suarum diminutionem patiuntur, à quibus priuatos saltem homines liberos esse constat. Qui & diligentius patrimonia sua ipsi per se curare, & attentius omnia intueri possunt. Dicamus verò curas & labores, quos in administrandis tantis opibus, gubernandóque tanto potentatu tolerare eos oportet, quorum fortiores quàm Herculis humeros necesse est ad sustentandam tantam molem: plures etiam quàm Argi oculos ad tantam rerum varietatem peruidendam atque distribuendam, plura quoque quàm Iani aut Vertumni capita, ad intelligenda examinandáque tot ac tanta, cùm hostium tum populorum suorum, quæ illis negotia deferuntur Quæ tanti animi vis, quæ non debilitetur? quæ tanta soliditas, quæ non concutiatur? quæ tanta promptitudo, quæ non remittatur? Cuius est tanta valetudo, tantum robur, qui se tam vasto curarum ponderi parum audeat pollicèri? Cuius est adeò æquabilis & moderatus animus, adeò perseuerans? quin tam multis támque continuis laboribus non defatigari non quassari, nunquam quoque cõfringi possit? Omittamus mortales: de nobis tantùm, qui hæc vltima loca colimus, loquamur. Verùm putas, Palinure, beatiorem esse vel me, qui pauperrimus sum omniũ, qui nihil præter hãc, quàm cernis, pusillã lintrẽ possideo: vel Ptolomeum tã lati, támque immensi regni tyrannum: intelligo, etsi taceas, quale de hoc sis iudicium prolaturus, crede mihi, minimè meum cum suo statu

commutarem. *Pal.* Quare? *Cha.* Quia lætus ago, & ſumma cum quiete. Non vllius rei vllam gero, niſi tranſuehendi haſce huc deſcendentes animas, & conſeruandi incolumem hunc faſelum meum, ſolicitudinem. In qua dicam tibi quicquid eſt, quod me grauet. Quum enim propter vetuſtatem fatiſcat aliquando rimis, curare me oportet, vt reſtituatur integritati ſuæ. Quare eum conſuo ſæpius, & obſtruo, ſi quid rimarum eſt: hæc omnis mea cura eſt, hic omnis labor. At Pluto, cum tantis diuitijs ſuis, ac regno tanto nunquam lætatur, nunquam quieſcit, tot cutis carpitur, quot repletur hic vmbris locus, implicatum ſemper habet vbique animum: hinc fertur, illinc rapitur, omnibus intentus locis, omnibus occupatus miniſtris, huic mandat, illum terret, alios acciri iubet, metum illi omnia incutiunt: nunc terræ hiatus, nunc motus formidat. Sæpe illum trepidare cogit lampas Phœbi, ne vlla ex parte irradiet regno ſuo. Sæpe & fulmen magni fratris, ne penetret auerna atque labefactet: quoties vidi ego illum, dum rebus ſuis timet, iniectum ſummo curru peragrare omnem hanc regionem, luſtrare fines, ſcrutari omnia diligenter, aſcendere etiam in ſuperum orbem, circuire terras, perueſtigare quodcunque periculum perferre poſſet, nihil omnino incauti & inexplorati relinquere: quæ eum multis in locis, at maximè ea ſolet efficere in terris Siciliæ, quæ magis etiam eum terrent, propter magnas reluctationes Typhœi gigantis, quibus totam conquaſſat illam patriam. Nam poſtquam ipſe auſus fuit bella inferre cœlo, iniecêre ſuperi eius corpori Trinacriam, ſub qua ab omnibus undique montibus preſſus & grauatus, conatur ſæpe ſe attollere, impoſitáque ſibi reijcere. Proindéque magnos concitat motus, ac tantos quidem, vt hæc loca noſtra concutiat grauiter, & tremefaciat. Cogita nunc quàm læta & optãda ſit ſors huius inferni tyranni, cuius tot diuiditur animus curis, tot propellitur tumultuationibus, quem tot oporteat præcauere pericula, tot diſpenſare miniſteria, omnia pereenſere, omnia corrigere, omnia vel ipſe gubernare, vel alijs gubernanda committere. Atténde rogo, & vel ex hoc vno collige eius felicitatem. Nam ſi me deficere contingéret, huic nauicularo miniſterio, quod ita neceſſarium eſt, vt vides, neceſſe eſſet eum vices meas ſubire: ne alioquin deficiente portitore, regno ſuo malè ſuccederet.

Pal. Hoc profectò non modò verum esse video, sed manibus etiam ipsis (vt aiunt) tango. Nam ea nocte, quà aliàs somno grauatus è puppi in mare excussus fui, id continuo sensit Æneas meus, qui errantem sine magistro nauem intelligens, gubernauit eam tota ipsa nocte, non indignatus, quòd quæ sceptrum gestare solebant, remum etiam manus attrectarent. *Cha.* De magno eius germano nihil loquor: non me latet, quantos & ille labores ac curas sustinet: sed id præcipuè scio, quum temeritate Phaëtontis totus penè orbis conflagrasset: quantum tunc regno suo timuit, quantum tota cœli mœnia circuit, & ne quid labefactatum viribus ignis corrueret, explorauit. Prætereo tertium fratrem, moderatorem vndarum, cuius plurimæ etiam ac maximæ curæ non facilè explicari possent, sed præsertim quæ sub illa quoque Phaëtontea conflagratione ad summum penè vsque exitium cum toto regno suo eum affecerunt. *Pal.* De hoc possum, quod oculis meis vidi, afferre testimonium: vidi equidem tempore illius, quem suprà retuli, horrendæ apud Siciliam tempestatis commotum grauiter Neptunum, & ex alto prospicientem vocasse ad se Eurum & Zephyrum, increpatis acriter eis pro tanta susc itata tempestate, placasse ocyus omnia atque tranquilla reddidisse. Quod argumentum præstat mihi euidens, plurimarum, vt inquis, ac maximarum, quòd omnia in latissimo imperio suo paria sint, curarum suarum. *Char.* Dic oro Palinure, putas-ne iam beatam esse tyrannorum vitam? *Pal.* Minimè. *Cha.* Optares-ne viuens eorum sortem? *Pal.* Vt quid optarem, in quo nihil omnino optandum esse manifestè intelligo? *Cha.* Ergo certo eos arbitraris miseros? *Pal.* Non miseros modò, sed omnium etiam miserrimos. *Cha.* Mirum quòd modò eos tanta frui beatitudine prædicabas. *Pal.* Quid mirum, si cæcus laudet tenebras, quas postea luci restitutus damnet? *Cha.* Vis vt & alia eorum mala tibi referam? *Pal.* Restant item alia? *Cha.* Et alia & grauiora. *Pal.* Quid audio grauiora? haud vnquam istud credam, posse his, quæ modò dixisti, grauius aliquid addi. *Char.* Credes, quum audieris. *Pal.* Dic ergo. *Cha.* Vides vt appropinquamus iam ripæ, non possum longiora tecum iam facere verba. *Pal.* Rogo te mi Charon, ne fallas auiditissimam expectationem meam *Cha.* An cæterarum vmbrarum quas in littore reliqui auiditissimam e-

tiam expectationem vis vt fallam? *Pal.* Non diu moraberis, perge ô mi Charon. *Cha.* Imò diutius, quàm soleo, demoratus sum: sed lentus etiam nauigaui propter te, cui⁹ fabulatione delectabar. *Pal.* Age ergo, vt facis, lentiorem protrahe nauigationem, vt quæ reliqua sunt dicenda, prosequi possis. *Char.* Ea tandem tanta est tibi audiendi cupiditas? *Pal.* Tanta. *Char.* Morem tibi geram: qua in re illud te scire velim, quod plurimum miseram reddit mortalium vitam, instabilitas scilicet, & ruina rerum. Nam certum nihil & permanens in vita quisque sibi polliceri queat. Quomodo is beatus censebitur, cuius summã quantumuis & plenam beatitudinem minima omnis disturbatio violare & auferre potest? Sanè quum omnia apud mortales infirma atque mutabilia sint: nulla tamen infirmior sors est, atque mutabilior quàm tyrannorum, quorum etiam quum maior sit exaltatio, & sublimata magis status altitudo, magis est proinde (quum mutari eos contingit) casus & ruina. Inde tantæ tyrannorum proditiones, euersiones, trucidationes, vt nemo eorum fere vnquam euaserit, qui non vel regno depulsus, vel veneno necatus, vel cruenta aliqua & pessima morte cæsus vel peremptus sit. Quis talem eorum vitam optabit qui pro modici temporis felicitate (si tamen illa felicitas appellanda sit) tam tristi postea, tamque amaro fine consumatur? Horret animus dicere, nam ne credas ijs tantùm mortales subiectos malis esse, sensimus & horum magnam partem aliquando nos inferi, licèt tam valida nobis & munita sit ciuitas tam firma & præpotens, atque omnibus vndique præsidijs circunsepta. Non possum sine dolore meminisse illius diei, qua Hercules heros ille fortissimus hæc regna penetrauit, perfregit fores, inuasit regem, exterruit reginam, quam & antè socij eius rapere adorti erant, abstraxit Cerberum, vinctúmque eum catena, tum magna vi in orbem duxit, concussit loca omnia, trepidare omnes vmbras atque ipsos iudices fecit: me quoque non modicum læsit, quem eropta cymba conto hoc meo percussit, impulsúmque grauiter in mediam paludem exturbauit: timui equidem tunc desolatum ira baratrum totum. Credidi tunc suprenum Plutoni finem aduenisse regni sui: neque minùs illum cum coniuge in prædam duci ad superos, quàm tartareum canem: sed paulo humanius cum eo actum est, quàm opinabar. Nam tandem sibi

ac regno suo bene consultum est, neque tamen ita consultum est, quin tricipiti custode suo, qui tam perneccessarius erat, spoliaretur. Quòd si opinionem meam, quæ communis erat, fata coæquassent: tunc cernere fuisset vtrum, beatior vel meus vel Plutonis, tanti regis status esset. Ego quidem nihil ambigo, priuatus fuissem hac nauicula: hoc enim habeo tantùm, quod adimi mihi possit, priuatus etiam fuissem rege meo: sed quotquot alios voluissem reges, procul dubio inuenissem, qui ministerio meo indigentes, seruitium meum perlibenter sibi delegissent: & fortasse hoc lucri feciissem, quòd pro vetusta & attrita, qualem hanc intueris, nouam mihi & magis solidam lembum acquisissem. At Pluto quantas opes, quantos honores, quantum regnum amisisset? quantam in egestatem, quantam in calamitatem decidisset? Qui neque par aliud regnum, vti parem ego, vel meliorem nauim: neque parem alium famulum, vti parem ego, vel meliorem dominum inuenisset. Excedo iam modum dicendi: sed si tempus sineret, narrarem & quibus olim curis vexatus, quantóque timore percussus propter bella Gigantum fuit summus Olympi rector. Cuius narratio maiorem etiam augeret eorum, quæ supra dixi, malorum confirmationem. *Pal.* Haud opus est exemplis mihi. Nam nemo mortalium fuit, qui maiora quàm ego vnquam viderit eorum malorum exempla. Quid enim extitit his temporibus Troiano rege maius, quid opibus suis cumulatius? Quid operibus munitius & pulchrius, & quid demum exitu tantorum bonorum tristius, quid crudelius, quid flebilius? Vidit infelix pater arduũ & longũ bellum, tot cruẽtas mortes natorũ suorum. Vidit euersam funditus & incẽsam vrbem. Vidit latrantẽ coniugem, captiuatas nurus & filias, populationem tantarum diuitiarum: ipse quoque, quod vltimum restabat illi senectutis suæ solatium, Pyrrhi ense confossus & crudelissima morte consumptus est. *Char.* Quis melius me hæc nouit, qui cunctos hac scapha trãsuexi. A quibus & omnem calamitatẽ suam seriatim perdidici. Notus est abũdè mihi Priamus, cuius cognito acerbo casu, non potui non dolere. Notus est Troilus, noti Hector & Deiphobus, nota est cætera tot filiorum ac nepotum turba: noti innumerabiles, qui illo bello perierunt, Troiani pariter & Graij duces. Nota est infinita, quæ tunc occidit,

populorum manus. Nullo memini tempore longiorem interfectorum multitudinem huc descendisse, quàm illo, quo ita lassatus fui, vt præ multitudine omnibus transvehendis minimè hæc cymba sufficeret planè. Quid opus est tibi monitore, ad aperiendas eorum miserias, quas tu subjectas oculis tuis habuisti? Quòd si pro angustia temporis liceret (iam enim video propiùs nos applicare ripæ) narrarem & millia aliorum tyrannorum, ex quibus creseeret etiam magis tibi opinio eorum calamitatis. Nam illud possum, quod certo scio, tibi verum confirmare, nullum ferè me vidisse vnquam tyrannorum huc descendentium (descendunt porrò omnes) qui non vel alicuius veneni infectionem, vel magnas vlcerum cicatrices, & sanguinolentæ alicuius mortis horrida signa præ se ferret. Ita mirum est videre tot ac tantos necatos, confossos, cruentatos, trucidatos. *Pal.* Quis nunc se tantis in malis tyrannum vnquam esse optabit? quis imperia assequi quæret, quæ iam certiùs certo cognosco, magis fugienda etiam, quàm Meduseum caput. *Cha.* Audisti quibus apud superos tyranni malis torquentur: sed si intelligeres quæ hîc apud inferos grauiora etiam illis parantur, perhorresceres & longè magis eorum sortem. *Palin.* Ergo & alia hîc tyrannis parantur. *Cha.* Credis Palinure, scelera quæ patrant mortales hîc aliquando impunita esse? *Palin.* Hoc modò animaduertebam. *Char.* Animaduertendum est igitur tibi quodcunque in vita peccatur, pari demum post mortem & respondente peccatis pœna puniri. Nam vt capias quod dico: si tu Palinure, artem tuam nauicularian viuens malè exercueris: si in dominum tuum mali quicquam vel cogitauetis vel commiseris: si inaudiens dicto suo extiteris, inuenies hîc tibi præparatas his quæ deliqueris, similes pœnas. *Pal.* Nihil profectò Charon, scio, quod malè egerim vel in dominum meum peccauerim, nisi somnolentam illam dormitationem meam, qua negligentiùs certè, quàm debebam, me gessi. Nam magno in periculo nauim simul & dominum, quem vehebat, meum reliqui, nisi vigilantior ipse & cautior meliùs sibi consuluisset: sed pœnarum satis tum ob hoc crassum peccatum meum etiam in vita recepi. *Cha.* Recipies etiam in morte. Ibis enim quum è naui te dimisero, ad seueros iudices nostros, qui examinant & censent delicta omnium. Ducent quoque te in

